tate non intelligunt, veneratio induxit; quâ factum eſt ut neglecto experientiæ teſtimonio quæ primo ſemper apud me loco fuit, fictitiis plerique notionibus indulgerent: quæ tot inutilium hactenus diſputationum exſtitêre fontes, quibus vividior juniorum ætas tereretur, ſpirituſque utiliores conſumerentur nullô prorſus emolumentô. Subſtitit hic pauliſper Apollo, quod medio quiſpiam è cœtu gemere auditus ſit, notumque hunc per intervalla interruptâ ſuſpiriis voce recitare verſiculum.

O mihi præteritos referat ſi Jupiter annos!

Is autem erat inviſus Ariſtotelicis Imocreba quod nuncium iis haud ita pridem remiſiſſet: quare ſuper doloris ſui cauſâ ab Apolline interrogatus reſpondit, præteritorum ſe me-

 ritò

ritò annorum exoptare redi-
tum, quod præcipuam eorum
partem tricis Ariſtotelicis ab
ſumpſiſſet; triennium enim aie-
bat, ipſum, Philoſophiæ Peri-
pateticæ impendi, eo ſucceſ-
ſu ut unanimi Magiſtrorum
conſenſu in mediâ celeberrimæ
Univerſitatis luce eam doce-
re coactus fuerim: cum inte-
rim omnis mihi domi ſupel-
lex ex pretioſioribus non con-
ſtaret, quam ex quibuſdam
aberrantis rationis operibus
quæ *Entia rationis* vocant, ex
quinque Univerſalibus, ex *prædi-
camentis*, & *poſt-prædicamentis*
ex *formalitatibus omnis generis*, ex
æquivocis ac *Univocis*, ex *relatio-
nibus*, & *modis*, ex *Syllogiſmis* in
numeris, ſeu paralogiſmis ve-
riùs nunc unius *modi*, *figuræ*
nunc alterius, cæteriſque ejuſ-
cemodi quam plurimis in cer-
tiſſimam ſenſûs communis pe-
nicu

iciem natis : quare nemini
irum, ô Apollo, videatur ſi
petitis identidem ſuſpiriis an-
actam defleam vitam, ejuſ-
ue, quaſi in tempus præteri-
um Jovis imperium foret, op-
m vehementiùs regreſſum :
a enim forte fieret, ut Reipu-
licæ literariæ ſin minùs orna-
ientum, pars certe aliqua non
nutilis penitus eſſe poſſem,
um rebus ipſis animum ſeriò
edulòque applicarem, parum
æteroquin ſollicitus de voci-
us, diſtinctionibuſque hiſce
riſtotelicis, *formaliter*, *mate-*
aliter, in *concreto*, in *abſtracto*,
t *quo*, ut *quod*, *Categorimaticè*,
yncategorimaticè, &c. quibus, vel
ntelligendis, vel variè appli-
andis vita ipſa apud Peripati-
os nullo operæ pretio tradu-
itur. Pro ſuâ in afflictos com-
miſeratione conſolatus Imocre-
am *Apollo* bono eum eſſe ani-

mo juſſit, aſſiduâque cum Recentioribus, Boylio præſertim conſuetudine futurum dixit ut præteriti temporis jacturam tandem aliquando reſarciret. Converſus tum ad Simplicianum, qui novitatis multiplicis Boylium accuſarat, crimen hoc flocci ſe facere dixit, quamdiu nullum ſecum errorem introduceret, quem multiplicis Experientiæ teſtimonio Boylius procul à ſe amovebat: *Ergotiam* porro qui crùdelitatis eum præter omnium opinionem inſimulârat, riſit Apollo ſimplicitatem: *Simpliciumq* applaudentibus riſu Muſis ex dicivoluit: quem tamen ſim & fratrem uterinum Simplic num ferìò monuit ut ſi cu plàm reum furti Boylium ſcirent, id nullâ interp morâ palam facerent: eo maximè conſilio tam fre

:m Muſarum Synodum con-
ɔcaſſe ſe dixit. Ut *fures Aca-*
imicos pro meritis plecteret.

Sectio VIII.

impliciani objecta contra Boylium: Neptunus ad Apollinem querelas defert de nova aquarum ſalſarum in dulces convertendarum arte: hujuſque artis utilitatem Apollo dum exponit, futiles Neptuni objectiones diluit: Neptunus ſubito è parnaſſo fugit.

ATque hoc ipſum eſt, tre-
mulâ, turbatâque præ
ſtinatione voce, reſpondit
implicianus, hoc ipſum, in-
uit, eſt quod luce clarius me-
dianâ effecturum me ſuperiùs
romiſi: cum itaque hîc loci
fures tantum Academicos
ɔdie inquiratur, eos primùm
ios gravior reatus premit in
tamen, judiciumque vocan-
ɔs cenſeo: quorum facilè prin-
ps *Boylius*, *Britannicus* licet

Philoſophus, non immeritò
betur. Venialia enim o
ſunt, nec alicujus mom
Guiſſonii, Pakenii, Th
ſtarum, Scotiſtarum, C
rorumque Ariſtotelicorum
concionatorum etiam G
rum furta, ſi cum Boyl
conferantur: hos enim o
ab hominibus tantum ſua
faratos conſtat, cum hic e
etiàm, Apollo, Archivo q
cunque hactenus in lucem
dit, aut editurus deinceps
novo quodam ſacrilegii ge
omnia ſurripuerit: Sed
philus, Apollinis amanuenſis
chivique Apollinaris cuſtos
jectum à Simpliciano cri
facilè diluit. Aſſeruit enim
buiſſe ſe in mandatis, ne adi
Boylio in Parnaſſi Archi
unquam denegaret: ex
proinde quicquid ſecum a
tarit, id non furtum, ſed P

ipſius reputandum eſſe donum
dixit. Dum hæc ipſo in Parnaſ-
ſi jugo fierent, jam ad ipſam
prope vallem armatus tridente
Neptunus, Nereides, reliqui-
que Maris Dii ſpirantibus iram
oculis acceſſerant, nec montis
in aſcenſu quieverunt uſpiam
donec ipſius in Apollinis, atto-
nitis interim rei novitate Mu-
ſis, conſpectum veniſſent: ad
quem converſus derepente, ſuo
comitumque ſuorum nomine
plenam hanc querelis oratio-
nem Neptunus habuit.

Sorte mihi datum imperium
pelagi, nullus ne Deorum qui-
dem hactenus, ſi impotem ſui
Æolum exceperis, turbavit un-
quam: jam vero! ô tempora!
ô mores! ab ipſis etiam morta-
ibus dii immortales impeti-
ntur, non marte quidem aper-
o, ſuæ enim imbecillitatis ſat
nſcii ſibi ſunt, ſed arte dolo-

que, ſed ut quod res eſt dicam, machinâ quadam hoc ipſo in monte fabricatâ. (*) Quaſi quorſum hæc omnia ſpectarent, neſciret Apollo, Neptunum rogavit ut ænigmate, allegoriâque ſepoſitis mentem clariùs eloqueretur. Mox ille; Neque, ego, inquit, ſiccioris ſum linguæ, aut impeditioris, ut quid velim eloqui nequeam, neque tu obtuſæ adeo mentis es, ut vel ex oculis, nutuque, mentem capere meam nequeas: ſat igitur, ô Apollo, ſuperque tibi notum eſt liquidos in quos dominor latè campos, quos æquora vos, licet vix unquam æquata dicitis, ſale præcipuè marino à tetro protegi fœtore, qui non meis tantum ſubditis, ſed vobis etiam ipſis, cæteriſque circumcompoſitis terrarum incolis certiſſimam aliquando perniciem crearet: facta tamen nuper

per eſt quædam in Anglia conſpiratio, cujus præcipuum multi ducem non immeritò Boylium putant, quam & potentiſſimus Britanniarum Rex omnibus viribus licet contra me ſubditum ſuum promovere dicitur, facta inquam Conſpiratio eſt quæ eò collimet ut aquæ noſtræ marinæ congenito ſibi ſale ſpolientur: quod ſi ſemel effectum fuerit, de nobiſmetipſis, de æquorum noſtrorum incolis, mutâque gente penitus actum eſt: ſubditi ſiquidem mei, quò vos ſalſam eo & majore etiam dulcem aquam odio habent, quod in hac diu vitam protrahere nequeant: at ſi nulla te, Apollo, mearum ſortè tangit cura rerum, tua ipſius, omniumque hominum, ut ſuperiùs inſinuavi, res agitur: Mare enim ſemel dulcoratum *non aërem* modò ſibi incum-

ientem, ſed & terras omnes, montemque hunc adeo ipſum, Lethali, fœtidoque vapore afflabit. Tuarum itaque, Phœbe, partium eſt *Boylium*, cum filii eum loco habeas, *Fitzgeraldinum*, cæteroſque qui rem non ſuam, ſalem, inquam meum, invito mihi domino ſubducunt, pro tua æquitate, prudentiâque cohibere ne commemoratorum mox malorum, violenta hac alienorum bonorum invaſione authores exiſtant.

Niſi armatum, Apollo, Neptunum inermis formidaſſet, meritis haud dubiè jocis vanum ejuſdem timorem excepiſſet: ſed quod ſubitum illius vel medias inter aquas, ac ſæviente etiam frigore Æſtum non ſemel expertus fuiſſet, ſeveriore etiam Muſas vultu à riſu cohibendas prudenter ratus, aquæ *dulcorandæ* Myſterium, modum,

dum, ſcopum ita paucis evo vere cœpit.

Nihil ſubeſt, ô Neptune cauſſæ cur marium in aqua dulces Metamorphoſim tanto pere pertimeſcas, cum hanc, nulli mortalium conatus efficere queant: eò enim tantum noſtra hæc ars ſpectat, ut miſeris mortalibus dum liquida tua Regna commercii cauſâ permeant, proſpiciatur, ne dulcium aquarum penuriâ, ut fit, pereant: Noſti enim haud dubiè, quî enim cum oculatus in momenta teſtis ſis, id neſcires, quot quantiſque Nautæ miſeriis obnoxii ſint dum vel malaciâ, vel diuturniorum vi procellarum dulces eorum aquæ putrefactione jam inſalubres evadunt: vel enim ſubitò, vel variis modis, morbiſque confecti paulatim contabeſcunt, *quod ſalſam* aquam tuam,

quam tibi tuisque adeo salubrem prædicas, ne Tantali patiantur tormentum ebibere cogantur: Patere igitur, Neptune, ut ex eo, quo madescis in momenta, liquore necessarium tuendæ liquido tuo in regno vitæ potum mortales conficiant: cujus salubritatem alumni mei quàmplurimi, authoritate suâ, gustuque, ac multiplici insuper experimento comprobarunt, ut de manifestis ambigere possit, qui de eâdem in posterum dubitaturus sit.

Cæterum frustra omnino quisquam pertimescat, ne marium dulcorationem eorundem putrefactio ex quâ fœtor existat, consequatur: præterquam enim quod suo ipsa perenni motu incorrupta se servabunt, tantilla eorum pars si cum totâ aquarum congregatione comparatio instituatur, dulcedine

per

per intervalla in navigantium uſum condienda eſt ut nihil inde ad ſenſum liquida tua regio contrahi poſſit : unde omnis fœtoris, quem exaggerabas, metus penitus evaneſcit : tantùm itaque abeſt ut quodpiam novo hoc ex invento metuere damnum debeas, aut tibimet ipſi, aut mortalibus reliquis ut hi vitam hinc acceptam ſæpe relaturi ſint, tuque hominum tibi amorem ſis deinceps conciliaturus : hactenus enim habitus es hoſpitibus tuis ferus, quibus ne frigidæ quidem, quæ prodeſſet, potum neceſſitate extremâ ingruente miniſtrare poteras : at nunc cum meis ſub auſpiciis Dominique tui ſub jove ſupremi Jacobi Secundi authoritate ſubdito tibi in Oceano dulcium fons ſaliat aquarum, gratiſſimæ jam humanitatis officia fluctuantia in-

negatam à natura ſimplicitatem etiam intra ditionis meæ limites (*) injuſſuque meo coquunt. Quæ eum aſpero, maritimoque tono indignabundus effutiiſſet, è veſtigio unà cum ſuis in ſubjectum Parnaſſo fluvium non expectato Apollinis reſponſo præcipitem ſe egit.

Sectio IX.

Chymicorum ac Pharmacopolarum è Parnaſſo fuga: Pharmacopolæ Medicorum famæ inſidiantur: Æſculapii litteræ in publico muſarum conventu lectæ. Empiricorum fraudes. Apollinis ad juniores medicos monita.

NOn mediocrem vultu lætitiam teſtatus Apollo eſt, quod importuno adeo, iracudoque hoſpite, pronum enim ſubitos in Æſtus jam pridem nôrat; nullo ſibi ſuiſve illato damno Liberatus eſſet: ſævum enim

enim ejus tridentem tum inermis ipſe, tum imbelles Muſæ pertimeſcebant: interea repentinus quidam Parnaſſum caſus turbavit: fugêre ſiquidem ſubitò è ſubjectâ Parnaſſo valle, altiùs enim in montem aſcendere ipſis non licebat, Chymici quidam, Pharmacopolæ, Empyrici, aliique id genus hominum quamplurimi. Super tam præcipitis fugæ causâ varia inter ſe Muſæ diſſerebant: quædam enim fugere eos aïebant, ne latini ſermonis ignorantiam ab Apolline forte interrogati detegere cogerentur: aliæ fugâ illos conſuluiſſe ſibi volebant ob commiſſa impune toties homicidia, acceleratamque noxiis, aut negligentiùs præparatis Pharmacis, multorum mortem: quædam Apollinis eos vindictam meritò timuiſſe dicebant, quod ſpe cujuſdam

juſdam ſibi Monopolii Apollineos apud ignaram, ſimilemque ſibi plebem traducere ſolerent: dum varias hac ſuper re abirent in ſententias, ubi manu prius, nutuque ſilentium imperaſſet Phœbus; ipſe litem in hæc fere verba mox diremit.

Quamvis diffiteri etiamſi maximè velim, minimè poſſim, quæcunque de fugitivis hiſce variè inter vos diſſeritis, etenim rudes penitus eos, ac planè barbaros, noſtrique Sermonis ignaros, & humanum in genus impune ſævientes, perpetuoſque, ubi vulgus tantùm audit, in Apollineos, oblocutores, quis neſciat? in veram tamen hujuſce tam præcipitis è conſpectu meo fugæ cauſam nondum meo quidem judicio incidiſtis. Idcirco itaque celeri adeo ſe fugâ oculis noſtris ſubduxerunt, quod multiplicis eos

furti conſcientia premeret, hodieque in fures tantùm ſeveriùs à me inquirendum non neſcirent quorum hos omnium pernicioſiſſimos, maximèque nobis timendos è ſcriptis mihi ab *Æſculapio* filio meo ex *Coronide* literis haud ita pridem didici: quæ cum dixiſſet, has Alitophilo Amanuenſi ſuo, publico in cœtu altiore voce legendas porrexit: earum autem inſcriptio hæc erat:

Apollini latronum, furumque Academicorum ſupremo vindici.

Literarum porro tenor ita ſe habebat:

TUO, *benigniſſime Pater, Imperio, tuiſque ſub auſpiciis præſcripta varios adverſus morbos remedia variis per Europam* Pharmacopolis, *ſeu Empiricis qui eadem ex-*

præ-

præſcripto meo in ſalutem humanæ
generis pararent, reliqui: ſed h
ſummo tui, meique Numinis con
temptu ea ſibi uſurpant tanquam
ſua, ſuoque non tuo, meove amplis
nomine præſcribunt, quaſi fratr
mei, filiique tui legitimi forent, cu
tamen ſpuriis tantùm eos, aut ſerv
potiùs à te annumerari, nemo q
nolit, ignorare poſſit. Fureſne, igitu
illos, an latrones potiùs appellem in
certus animi, dubiuſque hæreo. Cer
ne latum quidem unguem ab ipſa r
verſtate diſceſſero, ſi utriuſque e
criminis pronunciavero reos. Latr
cinantur enim cum relicta publicis i
officinis noſtra adverſus morbos d
creta ſibi tanquam ſua ſimplices apt
ægros vindicant, qui nullam rem
dii formulam niſi à Medico quopia
præſcriptam callere eos neſciunt. Fi
rantur verò cum verſis in coru
gratiam, neque enim Græcè, neq
Latine fere ſciunt, ab otioſis quibu
dam hominibus, libris noſtris, n

thoc

thodum noſtram, remediaque eo quo jacent illic ordine nulla ſexûs, aut ætatis, nullâ temporum, aut temperamentorum habitâ ratione indiſcriminatim adhibenda ſurripiant: quin etiam quod graviùs etiam crimen exiſtimaturus meritò es, cum Simpliciores ipſorum opem priùs quandoque quam noſtram implorent, quoties rem ſibi ex votis non ſuccedere animadvertunt, Authores ægro ſunt ut eum è fratribus meis protinus acciri jubeat, quem frequenti inutilium medicamentorum præſcriptione magis propitium ſibi fore confidunt: cujus interim præſcriptis, cum forte is convaluerit, tùm maledico eidem ſuſurrò interdum ſuggerunt ſanitatem eum nunquam fuiſſe conſecuturum, niſi aut præſcriptam temere doſim prudenter ipſi imminuiſſent, aut quidpiam quo vinceretur morbi pertinacia, ipſimet inſcio Medico addidiſſent. Si autem, ut ſæpius contingit, Pharmacis ante accerſitum à noſtra

noſtra tribu quempiam temere adhibitis æger extra omnem ſanitatis recuperandæ ſpem poſitus fatis demum omni etiam à Medico moto lapide ceſſerit, omnem commiſſi à ſe erroris ſuſpicionem cautè in eum conjicere ſolent. Cum itaque, ô Apollo, ad convocatam à te in Parnaſſum Synodum hi quoque tanquam otioſi ſpectatores, nullius enim eos ibi authoritatis eſſe ſcio, magno numero, ut audio, confluxerint, te etiam unà reliquis cum fratribus meis, filiiſque tuis rogo ut de his quod æquiſſimum tibi viſum fuerit, maximèque è Reipublicæ noſtræ bono decernere quamprimum ne graveris: hæc & plura coram hoc ſuper argumento dixiſſem, ſi mihi Synodo intereſſe licuiſſet per negotia quibus tuo, Pater, imperio diſtineor Pariſiis in noſocomio incurabilium. Quocirca

Ut ſolito claudatur Epiſtola verbo: vale, tuoque quo alios etiam tribus non tuæ Numine tueris, protege addictiſ-

ſimum

ſimum tibi, obſequentiſſimumque filium Æſculapium

Dabam Pariſiis decimo Kalendas Octobris è nosocomio incurabilium.

Ex his veram Empiricorum è Parnaſſo fugæ ſubodoratæ cauſam Muſæ, unâ omnes voce Apollinem rogarunt, ut pares tantis criminibus pœnas pro ſuâ æquitate, reique communis ſtudio hos in tranfugas ſtatueret. Quibus ille: æquum ſane eſt, quis neget quod petitis, ſed quicquid licet, fas ipſum ut fiat. quamvis poſtulet, non ſemper fieri expedit: fateor equidem quæcunque dilectiſſimus mihi filius Æſculapius de iis ad me ſcribit, & vera eſſe, & pro veris ab omnibus haberi, eoſque ſi paucos exceperis, propemodum omnes *graviſſimas* ob commemorata

ab

ab eo crimina promeritos eſſe pœnas. Sed cum prudentis non ſit ad illud conniti quod exequi quis nequeat, res in eodem, in quo nunc ſunt, ſtatu reliquendas omnino eſſe cenſeo: præterquam enim quod metuenda foret in me, meoſque, ipſo Empiricorum numero animos inſpirante, ſeditio, ſuis ipſi, quibus ſe à noſtrarum legum ſeveritate tueantur, fautoribus non carent: quare juniores tantum imberbeſque monitos velim, ne ſtatim, ut fit, artis ſe Apollineæ doctores, magiſtroſque exiſtiment, ubi peracto ſemel tyrocinio vænalia omnis generis medicamenta exponere cœperint: quod autem ad Seniores ſpectat qui non contemnendam praxi quotidianâ Apollineis ex præſcriptis adeptos ſe peritiam putant, *hos omnibus omnino* officiis

alumni

alumni nóſtri ſibi devinciant, ut horum conſilio frequentiùs ad ægros vocari poſſint: mutuam enim opem operamque, hi, noſtrique ſibi, per me licet, invicem præſtent. Alumnos interim meos tum omnes, tum juniores præſertim ſeriò pro rei momento quatuor omnino monendos cenſeo, Primò ut *materiam* ex qua Medicamenta, ſeu *Medicam* pernoſſe omni ſtudio conentur, ne præſcriptis imperitiùs remediis riſum Pharmacopolis, ſuique contemptum moveant, deinde ut nihil temere, caſuve, aut mera, ut fit, ex conſuetudine, aut quia nihil aliud impræſentiarùm in mentem venit, ſed examinata priùs, quantùm res ipſa ſinet, morbi naturâ decernant, tum ut æqualem a pauperibus ditibuſque ſeverius mercedem *non requirant*, denique ut il-

latas ſibi à Chymicis, Empiricis, Pharmacopolis in dies injurias cum ulciſci prudenter fortè nolint, nec reipsâ poſſint, æquo animo ferant.

SECTIO X.

Mercurii in Parnaſſum adventus: eloquentiæ Princeps cur dici deinceps nolit: concionatorum, atque oratorum furta: frequentes in Academiis, atque Univerſitatibus fures Academici: minatur Imocrebæ; *Apollo niſi commemorata Apollineorum aſe furta demonſtret.*

Dicendi finem vix Apollo fecerat, cum miſſis à Jove literis quas ſilentibus interea muſis tacitus ſecum ſemel iterumque legit, non ſine ſtupore aliquo didicit *Mercurium* Eloquentiæ principem, ſeu Rhetorum Deum, eorum præſertim quos concionatores vulgò dicimus, nec eſſe amplius, nec

ec dici inpoſterum ullatenus elle, quod ſcilicet cum conſtaet horum quàmplurimos rapo vivere, Deus idcirco Latroum, furumque ubique terraum audiret: qua de re acceente jam Jovis ipſius teſtimoio, licet Apollo minimè dubiaret, *Imocrebam* tamen mediâ è arba evocatum, quod non pauis per Europam verbi, ut louuntur, Præconibus familiaem cum fuiſſe probè noſſet, oculiarem paulò magis rei toius narrationem inſtituere juſit. Is itaque ubi nudam intueium oculis expoſiturum ſe veitatem ſanctè aſſeruiſſet, ita fee indicto, prius Apollinis mau, ſilentio peroravit.

Poſteaquam ſeriò mecum pſe ſedulòque perpendiſſem uanta ii audacia quos vulgo ratores ſeu ſacros ſeu propha*os homines* dicunt, aliena u-

bique terrarum invadere jura ſoleant, mirari ſatis nequeo quî his Mercurius numinis inſtar præeſſe, tantoque nominis ſui dedecore ejuſcemodi ſibi Apotheoſim coëmere voluerit. Tibi enim, ô Apollo, ipsâ orationis prolixitate permoleſtus forem ſi horum latrocinia, furtaque recenſere omnia vellem. Atque ut à Gallis exordium ducam, qui hoc ævo quo jure quave injuriâ, ii quorum intereſt, viderint, aliena ſibi omnia vindicant, horum non pauci Italos ſuis è Cathedris Gallicè loqui docent, detractamque Hiſpanis etiam Præconibus gravitatem in Gallicam inter concionandum levitatem convertunt: quamquam non omnes omnino Gallos hujuſce reos criminis haberi velim, cum meminerim quemdam in Gallia Abbatem, *Roquetenſem*, ni fallor, hoc

hoc aliquando nomine fuiſſe immeritò accuſatum : alienas enim non ſuas habere ad Populum conciones à multis dicebatur : at hanc, Alitophilus, tuus, ô Apollo, Amanuenſis, calumniam non tam fremente quam ridente invidiâ facilè diluit, dum diſertis verbis coram teſtibus innumeris aſſeruit, & probavit, has eum præſenti ſibi pecunia comparaſſe : unde, aiebat, & illius reipsâ jam eſſe jure emptionis, & dici omnino debere. Eodem haud dubiè jure vindicabat ſibi Gallicanæ quidam Eccleſiæ Epiſcopus elegantiſſimas *Biroati*, conciones, quas ad Moniales per *adventum*, ut loquuntur, fideliter omnino, hoc eſt verbatim, eâ fiduciâ pronunciabat, quæ conſciis furti auditricibus riſum, dum concionaretur, identidem *provocaret* :

Hæ tamen finitâ Concione quaſi ob rem preclarè geſtam Epiſcopo ſubdolè gratulabantur quod nullas ab eo niſi dignas prelo conciones audirent. Cæterum quia

Tros Italuſve fuat nullo diſcrimine habebo:

Italorum quoque Hiſpanorumque furta paucis indicabo: ſpirantes itaque vindictam Itali, Hiſpanique non ſua tantùm rurſus à Gallis paululum immutata paſſim ſurripiunt, ſed & Muſarum Gallicarum ſpoliis Italica ſæpe atque Hiſpanica quoque muſæa adornant; quod autem ad Germanos, Belgaſque attinet, his ſoli Hiſtoriarum, ac fabularum conflatores iraſci queunt, quod ex iis fere ſolis ſive veris ſive fictis eorum ad avidiſſimam rerum mirabilium plebem conciones conſtent: *interrupit* hîc, *Imocrebam* Phœbus rep

repetitis per intervalla ſuſpiriis ingeminans o! Tempora! o! Mores! neque enim gemebundus aïebat privatas, ut video, tantùm in ædes, publicaſque in mercatorum officinas fures irrepunt, ſed in ipſa dicata ſuperis Templa, dum ſacrum in omnium oculis, luceque Civitatum impune toties, ſuggeſtum conſcendunt. Alia certe induto nondum homine ab unico Jovis filio rerum facies erat: licet enim paucioribus orbis virtutibus colluceret, majoribuſque ſcateret vitiis, ſacris certe ejuſcemodi latrociniis, furtiſque penitus carebat: hæc ubi dixiſſet, ut cœptam, *Imocreba*, Orationem proſequeretur, manu indixit. Protinus ille, quod nudam etiam in medium veritatem adducere eum minimè puderet, nec Apollinis iram, *ingenuum* ob candorem vereretur,

tur, hunc fere in modum mirantibus interea hominis audaciam Musis audacter Respondit. Nihil supereſt, ô Apollo, quod de hoc hominum genere, de quibus modò, præterea dicam niſi quod *lippis & Tonſoribus* notum ſit. Sed aliud jam quidpiam quod te propiùs, numenque tuum ſpectet, paucis tibi, cum eloqui me mentem ingenuè velis, indicandum cenſeo. Eâdem omnino ac forte etiam majore quam Mercurius, & tu quoque Phœbe, pace tuâ dixerim, infamiâ laboras. Ut enim is Rhetorum, aut eorum qui aliquam ex eloquentiâ ſive ſacrâ, ſive prophanâ gloriam ambiunt, hoc eſt furum Deus dicitur, ita tu ſummo nominis tui, numiniſque dedecore, non multùm diſparem ob cauſam latronum præſes ubique fere *gentium* perhiberis: quibus e-

per Europam præſides U-
ſitatibus, Academiiſque,
on pleraſque modò, ſed
nnes omnino, ne Oxo-
quidem, Cantabrigien-
exceptis, *Latronum, ſu-
e Academicorum* meras eſſe
acas, ſeu Seminaria potiùs
ibus perniciosiſſimum hoc
num genus per orbem
getur, oculati quidam
ntur: tutius enim ſævien-
bellis authorem in caſtris
ri aiunt, quam iis in civi-
is, in quibus protectorem
ctorem, Patremque cives
lant: Quoties enim Sa-
uli tui Gaſſendium, Car-
im, Boylium pretioſiori
ongè auro mercibus ſpo-
dum eorum effata expe-
ta, dogmata, &c. tan-
ſua diſcipulis ſuis vendi-
prædicant, commendant.
quidem nomine quidam

Lugduni Batavorum Magiſter non infimæ notæ, Pariſini nonnulli, aliique per Europam quamplurimi æquiſſimam Boylii, niſi manſuetioris indolis ipſe foret, jamdudum ſenſiſſent iram. At erit forte cur mireris eò erudelitatis *Sacrificulos* progreſſos eſſe tuos, ut canos Veterum minimè commiſerati, & hos & Recentiores quò furta meliùs celent ſua, in fruſta diſcerpant: ſi enim celeberrimam in *Lotharingia Muſſipontanam* Univerſitatem exceperis, ubi rapto nemo, ſed vitibus quiſque ſuis honeſtè vivit, quot ubique terrarum Orationes, diſſertationes, Poemata, lucubrationes, ac volumina etiam integra fiunt? quæ non alio veriùs nomine inſignieris, quam ſi ea dixeris omnia malè conſutos ex Cicerone, Virgilio, *Ovidio*, Horatio, Tibullo.

C

Catullo, Buchannano, Barclaio, Gaſſendio, Boylio, Carteſio, aliiſque nonnullis Centones.

Vix continuit hic Apollo iram, quod Scilicet latrocinantium ſuorum infamiam ad ſe Patrem redundaturam non neſciret, extremaque proinde omnia minatus eſt *Imocrebæ*, ni Academica hæc quæ ipſis objiceret crimina, luce clariùs meridianâ demonſtraret: quod ſat à ſe hactenus ſuperque factum eſſe, ſubmiſsâ, ne obaudiret Apollo, voce, is ſubjunxit, ulteriùs tamen ne qua hac ſuper re dubitatio ſupereſſet quando ita Apollini viſum foret, id ſe effecturum dixit.

SECTIO XI.

Sanguardus, Leonardus Aretinus, Henricus Stephanus, Aldus Manutius, Petrus Alcyonius, Taiſnerus, Gabriel Barrius, Petrus Bellonius accuſati furti Academici omnes, & convicti.

NOvis itaque, *Imocreba*, Demonſtrationibus demonſtrata ſuperius crimina jubente Apolline aggreſſus, Apollinis ipſius, Muſarumque attentionem ſanè per quam familiariter more ſuo popoſcit. Quis proinde inquit, ô Apollo, ut *Takenium*, *Guiſſonium*, de quibus ſupra, nec non *Dubamelium*, qui jam correctus reſipuiſſe dicitur, Cæteroſque ſive Gallos, ſive Italos Ditiones Boylianas latrociniis, furtiſque in dies novis infeſtantes tacitus præteream, quis, inquam, neſcio quem nomine

San-

Sanguardum, æquo animo ferat cum turpi is, perniciosoque Reipublicæ Literariæ ausu Machinam quandam Hydrostaticam à Boylio nuper adinventam quâ imminutum alio quopiam metallo admixto auri pondus, ipsius in aquam instrumenti Altiore descensu certissimè dignoscatur, exiguis nominis sui, non inventoris, ut debuisset, auspiciis, publici in Hollandia juris haud ita pridem fecerit. Neque quisquam hic opinor, ægriùs tulerit, si *Leonardum Aretinum*, cui neminem hoc in *monte* arctiori amicitiæ vinculo conjunctum putem, personatum omnino dixero interpretem, quod ut à *Colomesio* tibi non ignoto nuper accepi, à *Christophoro Personâ* civitate donatam Romanâ *Procopii* historiam sibi turpiter asscripserit: quod pariter ab Hen-

rico Stephano commiſſum eſſe crimen, *Anacreon* qui hîc laureatus ſedet, teſtari poterit : Sat enim novit, ne alienigena Romanis, quos inviſurus erat, videretur, Romanam ſe a *Dauratio* non ab *Henrico Stephano* accepiſſe dono veſtem : ſed & tuam, Marce Tulli, nam mihi forte Apollo non crediderit, tuam, inquam, qui non infimam hoc in monte ſedem occupas, fidem Apollo, ut Phœbo hîc coram declarare velis commentarii in tuas ad Atticum Epiſtolas authorem : qui mox quod ſubſtituto ſibi qui pro ſe reſponderet, oratore non egeret, *Janum Parrahſium*, non *Aldum Manutium* qui horum ſe commentatorem finxerat, nomine deſignavit. Cæterum hanc nactus dicendi opportunitatem, peculiarem adverſus *Petrum* quendam *Alcyonium*, quâ

dicta

dicta ab Imocrebâ firmarentur, hunc fere in modum, ſed non eâ qua ſolebat eloquentiâ, accuſationem inſtituit. Cum nullius rei in vivis quam gloriæ avidior exſtitiſſem, quemdam de *gloria*, conſcriptum a me non indiligenter libellum poſteritati commendaram. Poſt varios hic caſus, variaque e quibus evaſerat illæſus diſcrimina, in manus tandem Scioli cujuſdam *Petri Alcyonii* nomine, qui Halcyonios precor ex animo dies nunquam videat, ſummo ſuo, meoque proinde damno forte incidit. Is itaque non tantùm *exilium* ſuum (*) omnibus fere *gloriæ meæ* radiis illuſtre fecit, ſed & hanc ipſam ſummo ingrati animi vitio penitus ſuppreſſam æternis tenebris damnavit, ne quod ſcilicet injuriæ mihi illatæ veſtigium apud poſteros exſtaret. Quare æquiſſime Apol-

(*) Libru hic aut de *exilio* ſcriptum ex libro Tulii de *gloria* qui jam non exſtat, ſumpſera

lo,

lo, unum te etiam atque etiam oro, quæ tua æquitas eſt, haud dubiè exoraturus, *ut Petrum Alcyonium* qui *gloriam* meam non *exulem* tantùm, ſed & penitus extinctam eſſe voluit, proſcriptum e Parnaſſo in exilium proficiſci illico Jubeas. Ubi votis annuiſſet Apollo, aſtantes altiores voce *Tullius* monuit, ut ſi quis fortè illic adeſſet, qui ejuſcemodi injuriam a quopiam paſſus foret, juris & æqui obſervatiſſimi Apollinis clementiam ſuo exemplo imploraret. Mox oculatior Argo *Bartholomæus Cocles* ad *Phœbi* Thronum ſpe plenus cum propiùs acceſſiſſet, inclinato priùs tum erecto mox capite juſtiſſimam de *Johanne Taiſnero* conquerendi ſibi cauſſam eſſe dixit: cum enim aïebat, ô Apollo, numinis tui ſub auſpiciis, *Minervâque* ipsâ, *quæ proxima* ſolio tuo aſſi-

det

felicem curioſitatis mei ſuc-
ım pollicente , vultus in-
i propriùs humanos , ho-
eſque vel ex facie intimè
e, ſeu intimos hominum
ùs e relucentibus exteriùs
ciis diſtinguere cœpiſſem,
um denique hoc in criterio
unius , Minervæque ope
greſſum feci, ut non contem-
dum , ſi quam Criticis habe-
fidem de Criſi *Phyſiognomicâ*
ellum in lucem ediderim.
ıs quidem, licet unus ego, ut
ɔe noſti , author exſtiterim ,
: alter honorem , prænо-
atus ſcilicet , licet hoc
oco ne nominari quidem
oporteret , *Johannes Taiſne-*
qui hunc nullo prorſus
, niſi Gallico forte , quod
ſuâ fore putaret , ſummo
itatis contemptu , juris ſui
: objectum homini crimen
geraturum pluribus tacito

in

in aurem ſuſurro *Cardinalis Sirletus* oravit, ut dicendi ſibi copiam, conquerendive potiùs non abſimilem ob cauſam faceret: obtentâ itaque facilè quam petebat facultate, quoniam inquit, o Apollo, omnibus tuum ad tribunal ſectis facilis aceeſſus patet, ex quondam dilectâ tibi urbe tuam imploraturus opem huc Româ venio omnibus votis oraturus, ut *Gabrielis* cujuſdam *Barrii* pro tuâ authoritate compeſcere Barritum velis (*) quo Antiquos Calabriæ manes ad ſe è tumulis evocatos fuo tantum beneficio, non meo ſuſcitatos turpi ſane mendacio divulgavit: ſat enim ſuperque pleriſque Parnaſſi incolis vel me tacente innoteſcit, hanc mihi uni impoſitam fuiſſe a te provinciam, ut cruas e Veterum monumentis præcipuas *Calabriæ Antiquitates* poſteriorum

oculis

oculis renovatas ſubjicerem: Quocirca non leviorem is mihi intulit injuriam, quam Guiſſonius, Takenius, Sanguardus, aliique quamplurimi Boylio intulerunt. Nec minus æqua mihi conquerendi cauſa eſt, quam *Petro Gillio*, (*) cui *Petrus Bellonius* nullo, ne belli quidem jure numeroſam Turcicâ plane feritate prolem avulſit. Conſcium ſe Apollo eorum quæ referret, debitaſque tum huic, tum aliis, qui furto tantùm viverent, pœnas alio commodiùs tempore irrogaturum ſe dixit, ſi tamen priùs ſubtiliores quoſdam, magiſque timendos Reipublicæ fures in fugam egiſſet.

(*) auth. oper. pauca nomi didit trus B lonius

Sectio XII.

Apollinis in Casuistas *oratio quos ut tranquillitatis publicæ fures, ac perturbatores accusat: Graves primariæ cujusdam fœminæ de Casuista quopiam querelæ:* Casuistarum *perniciosa Reipublicæ doctrina: mulierum credulitas.*

GRaviſſimo interea doloris ſenſu Phœbus affici videbatur, quem & contractis quibus circùm corruſcare ſolet radiis, indiciis haud obſcuris indicabat: quocirca ubi quaſi meditabundus hæſiſſet aliquamdiu, in hæc fere verba intentis in rei eventum Muſis erupit.

Immutatum præter morem mihi vultum nemini veſtrûm mirum videri debet, cum mutatam prorſus, aliamque hujuſce loci faciem gemebundus hodie intuear: memini enim bea-

beatiſſimi illius temporis quo pax alta Parnaſſum, otiumque minime otioſum bearent: huc tum Imperatores, Reges, ſummi, infimique cujuſvis ordinis, ac dignitatis ut bene beateque viverent, confluebant: candida ſiquidem abſque omni habendi ardore apud nos ſimplicitas regnabat: vitæ probitas, morumque innocentia æquales diis Muſas fecerant, nulloque alio Orbis in angulo conſcientiæ tranquillitate frui diu licebat. Sed jam quæ rerum humanarum viciſſitudo eſt, inteſtinis & nos diſtrahimur diſſidiis, nefariis hominum quorundam, quos *Caſuiſtas* dicunt, Artibus, fraudibus, inſidiis. Hi hujuſce loci tranquillitatem interturbarunt dum puriſſimam per innumera jam annorum luſtra montis noſtri auram denſiſſimis nebulis involverunt:

pacem

pacem itaque quâ numinis mei ſub auſpiciis loci incolæ fruebantur, faventibus, quas iſti induxêre, tenebris, pacem inquam quæ vel ſola beatos facit, conſcientiæ ſurripuerunt: tot enim hi reperêre caſus, unde & *Caſuiſtarum* apellationem ſortiti ſunt, adeoque Anomalos ut eos Grammaticorum meorum nullus quantumvis Artis ſuæ peritus declinare omnes poſſit. Quoties proinde incidit quis in ſcyllam cupiens vitare Charybdim? Ubi hos non corporum quidem, ſed animarum, Dæmonum more, tortores conſuluit. Quare non pacem modò hominibus, ut ſuperiùs inſinuabam, ſed ipſam quoque quam acceptam uni mihi referebant, ſuffurantur innocentiam, impune Scilicet patefacto diſtinctionibus fictitiis *ad* omne ſcelus aditu: eos

itaque

itaque tanquam Reipublicæ noſtræ non perturbatores modò, ſed & fœdatores cane pejus & angue probi omnes meritò oderint.

Pluribus hîc hos deſcripturus fures erat, cum prænobilem ut poſtea patuit, præſtantique formâ fœminam è ſublimi, in quo ſedebat ſolio, nullo prorſus comitatu propiùs ad montem accedentem conſpexit: conticuit itaque quaſi formâ captus donec ſubjectam Parnaſſo vallem ſubintraſſet, moxque ſciſsâ duas in partes turbâ viam ipſi ad ſuum uſque Thronum patêre juſſit: quò demiſſis inter aſcendendum præ modeſtia oculis cum perveniſſet, interrogaturum continuò Apollinem quid eam negotii illuc adduxerit, hac, aut non abſimili oratione prævertit.

Cum apud Belgas nuper ô

Apollo,

Apollo, ubi e nobili gente oriunda ſum, rumor percrebuiſſet Muſas te, tuoſque alicujus notæ ex quovis orbis angulo ſubditos eò huc conſilio convocaſſe ut fures præſertim Academicos qui ex Academiis, collegiiſque plerique prodierunt, pro meritis plecteres, non aliò quam tuum ad Tribunal deferendas querelas meas; nec illatæ mihi, meiſque injuriæ alium a te vindicem ſelegendum putavi. Ampliſſimum Paterno, Maternoque jure hæredi mihi unicæ patrimonium obtigerat: cujus ope ſolito gentis meæ ſplendore vitam innocuam traducebam, cum ſubitò eorum nonnemo quos *Caſuiſtas* dicunt, variis me, vaniſque Scrupulis ad extremam omnium rerum inopiam redegit: fingebat enim opes meas Atavorum, Abavorumque meorum Scele-

ribus

ribus olim malè fuiſſe partas, quas proinde ni pauperibus erogarem *Ixionis mihi rotam, Siſyphi laborem*, &c. & ſi quid pejus credulæ nimiùm identidem minabatur. Cum autem quibus maximè præcipuam eorum, quæ poſſiderem, partem diſtribuendam potiſſimùm cenſeret, exquirerem, iis, reſpondit, qui tuam ipſius tuorumque nequitiam annuis ſacrificiis, precibuſque menſtruis expiare queant: ſuos autem collegas, ipſumque in quo degebat monaſterium ſubdolè innuebat. Quare hominis, ſeu vulpis potius minis commota, muliebri ſimplicitate ejuſdem conſilio parui: quo factum eſt ut in has demum miſerias devenerim, nulloque ſtipata famulitio quod mihi frequentiſſimum quondam erat, huc acceſſerim: exiguam enim, quæ ſu-

perfuerat, bonorum meorum portionem illatum nuper ab avidis quoque rerum alienarum Gallis bellum abſtulit. Commiſeratus mulieris ſortem Apollo quam præ quodam mentis ſtupore ignorantiaque humanarum artium declinare ipſa non potuit, *Caſuiſtas* ſuis quidem è Gymnaſiis, & prodiiſſe, in iiſque eorum etiamnum quàmplurimos tumultuari dixit, quin & non leves ipſo in Parnaſſo excitari ab iis turbas, quas ſua ipſemet authoritate vix aut ne vix quidem ſedare queat, convocatos quidem a ſe præcipuos numinis ſui cultores ut coram iis de furtis ſtatueret, ſed *Academicis* præſertim, quæque Rempublicam tantùm literariam ſpectarent. Hæc autem, ô mulier, quæ narras crimina, *furtis Academicis longè* ſunt graviora, licet

Ac-

Academica quoque dici nihil veteret, quod degeneres quidam, laxioresque noſtris per Europam in Academiis, hæc & admittant, & injuſſu meo doceant. Quia tamen hi tranquillitatis, paciſque internæ furres, atque alienorum bonorum fraudulenti direptores noſtri quoque parnaſſi incolis non minùs infeſti ſunt, quam vel Galli Hiſpanis, vel Chriſtiani Turcis, ne fruſtra meum ad tribunal confugeris, hos iis, quæ hic in uſu ſunt, afficio, plecto, punioque pœnis, dum hoc è monte tanquam Barbaros, & publicæ, domeſticæque tranquillitatis hoſtes perpetuos in perpetuum proſcribo. Sed quia graviora longè promeritum eſt hoc hominum genus ſupplicia ob tot familias funditus everſas, ob inteſtinos, quos *ſcrupulis ipſi* ſuis exicitarunt

ubique tumultus, ob malas a
tes, doloſque innumeros, A
thor tibi ſum ut vindicem ta
torum ſcelerum Jovem conv
nias, aut certe ſupremam a
quam, Pariſnam puta, C
riam, quæ his mortalium
mnium pernicioſiſſimis audi
prius a te, examinatâque p
more cauſsâ, meritas certiſſim
pœnas decernet. Gratiis î
mox datum ob conſilium Ap
lini actis, exhibitâque muli
brem in modum reverentiâ
greſſa eſt ſubtriſtis; vix aut
tertio à monte lapide in *Caſ*
ſtam cujus conſilio Paternis
opibus exuerat, *Liberinum* r
mine forte incidit. Acta m
in furorem mulier diris hor
nem devovere cœpit, adeo
ni lenibus eam pro more ver
demulſiſſet, in fruſta ipſi
diſcerptura videretur. C
autem ſubitæ iræ cauſam m

tis ex catacitus interea audiſſet, variam & mutabilem hanc pro indole reliquarum, ſibi rurſus ſubdolâ hâc oratiunculâ fœminam conciliavit. Sat equidem mirari nequeo cur ullam tu Apollini fidem adhibueris, cum *Janſeniſtis* jam pridem ſeſe aſſociaverit, verumque mihi crede in *Janſeniſtam*, a quo nimium ob rigorem abhorrere te ſemper volui, evaſerit, quod vel ex ipſo caſtigato admodum ejus ſermone conjicere licet. Cæterum quâ veri, amabo, ſpecie publicæ me tranquillitatis hoſtem is pronunciet, cum e contra ablatam rigidiore ipſius diſciplina mundo pacem permiſſo liberiore Creaturarum, tui præſertim ſimilium uſu poſtliminio reſtituerim: ab ipſis enim amicis, atque inimicis æque meis *Agnus* Dei, qui *tollit peccata mundi*, non immeri-

tò dicor, quod unà cum
nomajore ubi de mediis, ac rem
ſalutem neceſſariis, quæcunq
ctenus infirmiores ve
crimina, pretioſo a vili,
mihi diſtinctione, ſepara
mnia eluerim, adeo ut f
compotes, libertate d
homines frui meis ſub au
incipiant, qui priùs no
no, ſed ſuo ipſorumme
miſerandum planè in m
premebantur : eoque d
mortales in ſtatu conſtit
eorum nullus peccet qu
in objecto partes, quas
litates dicunt, quarum al
velit, alteram nolit, diſti
re mecum poſſit. quocirc
riſſima mihi ſoror ex his
tacente ſat conjicis non
dâ denigratum me eſſe
polline calumniâ, cum
quillitatis me publicæ h
aut etiam privatæ furer

reret: quod autem coram Apolline direptas malis artibus opes tuas asserebas, has redimendorum peccatorum tuorum gratia a te ipsa sponte, licet tam pium me opus suadente, liberaliter donatas esse non ignoras: quare ne tuæ te jam pœniteat liberalitatis, quam multiplici cumulatam fœnore receptura es in Cœlis, cujus alioquin erunt emptæ tot Eleemosynis coronæ? Patere igitur æquo animo bonorum horumce terrestrium jacturam, quâ non perituras in cœlo comparatura es divitias: his delenita credula Mulier a calumniâ cujus se ream credebat, absolutionem petiit, & obtinuit a *Liberino* quem interim ipsa seriò monuit ne ad Parthassum se conferret, quod exploratum haberet *Casuistas* omnino omnes inde gravi sub pœ-

ma eſſe proſcriptos non tam quod ſtrictam orationem, caſtamque, ſeu caſtigatam neſcirent, quam quod ſtrictos, eorum plerique, mores non amarent. Huic paruit Liberinus conſilio, pulcherrimamque mulierum cautè prius præmonitam ut magno ſat intervallo præiret, pone procul ſequutus eſt domum.

SECTIO XIII.

Germanorum de Gallis, & contra Gallorum de Germanis querelæ: Apollinis de eorum diſſidiis judicium. Tenebrio de Phoſphoro Boylii conqueritur.

REpentino interim, magnoque omnia tumultu in Parnaſſo fremebant, paxque alta loci ſubitum in bellum, quod mutuis ſeſe impeterent conviciis Teutonici, Gallicique *Apolliniſtæ*, niſi ſuam interpoſuiſſet

ſet Apollo authoritatem, com-
migratura videbatur: ægre Si-
quidem iſti ferebant non ſe
tanquam Authores, ſed ceu
meros aliorum operum exſcri-
ptores a Gallis haberi, librum-
que a Germano conſcriptum
eum vulgò in Gallia definiri,
in quo præter nomen paginæ
Titulum præ ſe ferenti appo-
ſitum, præterea nihil jure ſibi
Author vindicet. Non minus
his, Gallis, inquam, moleſtum
erat quod criminis non mul-
tum diſparis a Teutonicis *Apol-
liniſtis* accuſarentur; quaſi non
bona tantum fortunæ vicinis
auferrent, ſed ipſos etiam in-
genii fœtus bonis fortunæ lon-
gè pretioſiores, non aperto,
Germanico more, ſed occulto
marte turpiter ſurriperent.
Dum hi non tam fateri culpam
ſilentio, quantumvis conſpi-
cuam, viderentur, quam San-

guinolentiam de impactâ ſibi infamiâ, quam tamen negare non poterant, vindictam meditari, impoſito utrique parti ſilentio cum ſupremum ejuſcemodi ſe cauſſarum judicem Apollo pronunciaſſet, neutri ſe parti illaturum dixit injuriam, ſi utriuſque reatum pro innatâ ſibi veracitate exponeret. Quare converſo primùm Germanicos ad Apolliniſtas vultu, noſtrum ait, fateor, honorem ſi quæ alia Gens ulla, Germania tuetur, meumque vos latè Numen per orbem, nomenque propagatis, veſtra enim e tribu aſtantes hîc quam plurimos intueor, qui non tantùm collectos in montis hujuſce ſuperficie orationis ſeu ſtrictæ, ſeu ſolutæ floſculos mihi ſæpius obtulerunt, ſed erutum etiam ex ipſis ejuſdem viſceribus aurum non ſemel dono dederunt:

at multos etiam non ignoro huic jam intereſſe Synodo, de quibus præſertim Gallicæ inſtituuntur querelæ, qui latrociniis Rempublicam Literariam ſuis adeo infeſtant, ut vix celebrior ullus peregrinari in Germaniam Author poſſit, qui non idem prius ibidem laceratus variis hinc inde voluminibus involvatur. Gentem tamen Germanicam utpote Aperto in Turcos Marti aſſuetam, ſubdolis nihil, Gallorum more, artibus moliri, ſed de captis etiam prædis gloriari palam ſcio ſolitam: quod Gallicis meis Alumnis nondum in more poſitum eſt: qui quocunque quempiam ſpoliarint clam id in ſua ſecum caſtra devehunt, ſuique fundi fructum falsò ſimulant: quod cum dico nihil aliud indico quam latiſſimum *hoc*. vos inter, illoſque

discrimen, quod vos, paucos excipio, Reipublicæ literariæ latrones audiatis ob apertam authorum, quorum ne nomina quidem tacetis, invasionem, illi verò fures ob secretiorem aliena rapiendi dexteritatem. Conversâ mox Gallicos ad Apollinistas oratione, Gallia inquit mea, neque enim id difiteri queam, meo semper Numini propitia fuit: Cum enim alias, ceu peregrinus tantùm Regiones obeam, benignissimi meorum protectoris, *Ludovici Magni* beneficio sedem hîc fixisse mihi videor: justa tamen de vobis querelæ causa subest, quod quoties vestra inviso Musæa, aliena mihi tantùm fercula Gallico licet sale condita subministretis. Vel ut clariùs semotâ omni allegoriâ mentem eloquar, eò omnes *ingeniorum* vestrorum Nervi con

contenduntur, non ut novi quidpiam ipſimet adinveniatis, ſed ut aliorum inventis, quæ veſtra jam, minùs occulatis videantur, faciem formamque novam affingatis: cujus quidem artis tam perfectam quidam veſtrûm aſſecuti ſunt notitiam, ut authores ipſi, quod dilectus mihi imprimis Boylius nuper confirmavit, non primo ſtatim aſpectu veſtris ſe in lucubrationibus agnoſcere queant: quamvis non pauci veſtrûm, quibus ſcilicet pinguior Minerva eſt, non aliâ, quam diſſimulato tantum authoris nomine, furta ſua, arte tegere ſoleant: ut enim ex Anglico, Hiſpanicoque panno nova indies peculiaribus, vobis, modis veſtimenta conficitis, ita prorſus ex Anglicis, Hiſpanicis, Italicis, aliarumque Gentium *authoribus* novi apud vos

emergunt quotannis authores quos eo tantùm nomine Genti veſtræ aſſerere liceat, quod aliorum dicta, doctrinam, experimenta, dogmata, inventa, novo forte tantùm ordine novumque in ſcopum repetant, ut popularis auræ beneficio ad ſupremum non debitæ ſibi gloriæ faſtigium evolent : veſtri itaque fundi fructibus vivere deinceps vos omnino velim, ne meum quoque, ut jam quotidianis veſtris rapinis circum poſitorum omnium populorum, in vos odium concitetis. Graviter enim moleſtèque fero, quod Verulamius, Boylius, Hookius, Valliſius, Cæterique ubivis gentium mihi a ſacris, ſuâ, veſtras ob artes, groriolâ frui diu nequeant : nam ut primùm quidpiam, quod ſuggeſſerim, a quopiam meorum editur in lucem, id ſtatim

a no-

a vobis novorum utpote tantummodò modorum, non novarum rerum inventoribus eo artificio immutatur ut jure quodam illud tanquam veſtrum jam vobis vindicetis, quod nullus, niſi parens ipſe, qui ſæpe alienigena eſt, a legitimo veſtro partu diſtinguere poſſit. Sed pluribus jam, huic Argumento non immorabor, unum tamen magni ad veſtram, per Europam, famam momenti monendos vos eſſe cenſeo, meam Scilcet, quæ floret Pariſiis, Academiam magnifici regis, muſiſque ob liberalitatem in paucis dilecti auſpiciis, inſigni haud ita pridem affectam eſſe dedecore, dum illius juſſu *deſignata* quædam plantarum *hiſtoria* prodiret: quæ quidem, ut ex teſte fide digno didici, in Anglia priùs tota fere prodierat, vel ne qua, *veſtro more* exaggeratio fiat,

cujus

cujus ea ſaltem pars quæ ſalium examinandorum methodum propiùs ſpectat, artemque qui quis ſalium in quovis corpore prædominium diſcernat, a notiſſimo mihi, reliquiſque Parnaſſi incolis Boylio haud ita pridem in Anglia edita fuerat. Hoc enim is argumentum ibi, ubi de *coloribus*, dilucidè, meoque ex præſcripto tractat. Quapropter pacis cum Anglis adeo vobis utilis, conſervandæ ſtudio, hortor etiam atque etiam vos, moneoque ſeriò, ne convectis in Muſæa veſtra rariſſimis Anglicano ex orbe ſpoliis ſopitos in ſpeciem Anglos, conniventeſque veſtra nunc ad latrocinia, furtaque irritetis: Gallicas itaque deinceps Gallus veſter, ni corraſis undique roſtro, unguibuſque, plumis exui velit, non Anglicas in *poſterum*, aut Hiſpanicas etiam

tiam, Italicasve cantilenas cantet.

Jam pœne dicentem dies Apollinem defecerat: latior enim semper atque latior Gallicis super artibus dicendi campus aperiebatur, cum subitò condito sub undis sole tenebrarum Princeps pallescentibus præ timore Musis medium in cœtum *Tenebrio* irruit: quas omni mox liberavit metu, ut asseruit, unicum tantùm in parnasso hominem a se peti ad pœnam Boylium Scilicet Apollinis hactenus beneficio, meritæ, quam meditatus ipse dudum fuerat, vindictæ subtractum; mihi enim inquit, ô Apollo mediis regnare in tenebris, ut mediâ te in luce dominari fata voluerunt: non minore me proinde injuriâ afficeret, qui meas mihi auferret tenebras, quam qui tibi eam,

eam, quâ rebus altior hum
nis refulges, lucem surripere
Hanc ipsam tamen passus su
haud ita pridem a Boylio q
proximus hîc tibi assidet, a
juriam: Cum enim ab uno n
Phosphoro (*) finibus expelli pe
se meis non nesciret, inimicu
ut omnes norunt, adversu
que mihi *Phosphorum* in regnu
meum introduxit, ut jam cu
præ Boyliana luce in tenebr
latere impostérum pro mo
nequeam, Boylium tanqua
ditionis meæ, ut destruere
colluſtratorem, apud te aec
saturus confugere huc coact
fuerim. Cui mox Apoll
Tuam, ô *Tenebrio*, qui hac
nus veterator meritò audiis
mirari satis nequeo simplici
tem, cum enim tenebris
omnibus infestum non ignore
quî demum in mentem ven
tibi poterat futurum ut B

(*) Scripsit Boylius tractatum de Phosphoro.

lium quod tuas, & meo quidem juſſu, accenſo ex arte Phoſphoro, illuſtraret tenebras, punirem: tantùm enim abeſt ut pœnâ idcirco dignum aliquâ eum putem, ut multiplicem jam ipſi vel hoc nomine lauream conceſſerim, injunxerimque ne commiſſum ſibi ſuperni, infernique etiam orbis illuminandi a me munus quamdiu per fata licebit, ultraque etiam fata exèrcere deinceps deſinat: Hæc ubi: fugato prius, emicantibus undique e vultu radiis, *Tenebrione*, novum poſteram in lucem, conventum indixit.

SECTIO XIV.

Eruditorum in Parnassum concursu Apollo de misero rerum statu in Pa nasso conqueritur, graviterque in f res Academicos, quorum non pa cos nominat, invehitur: pertern Phœbi minis fugiunt è Parnasso qua plurimi: Anglus quidam anonym furti Academici a Gallo accusatur.

UBi primùm dilecta mu Aurora primis Parnassi J gum spiculis feriisset, sum mox confluentibus undique A pollinistis matutinus semp Apollo, Thronum repetiit cui proximi astabant hinc D mocritus, Epicurus, Sext Empiricus, aliique ex Antiqu quamplurimi, inde vero cel brioris notæ Recentiores, V rulamius, Boylius, Gasse dius, Cartesius, Hookius, V lisius, aliique non pauci: U trumque hunc chorum int medii præter Maronem, O

di

dium, Horatium, Catullum, Tibullum, Propertium, ſuaviſſimè canebant Buchananus, Horatius Polonicus, Rapinus, Belgicique Naſones. Severioribus interim Ariſtotelicis nullus intra cancellos patebat locus: reliquum *montem* non tam corporibus, quam ſtrepitu replebant Poetæ Gallici innumeri, quibus tamen commiſceri Cornelius, Molierus, Boileautius, noluêre, ſed unà cum *Drydeno* Poetâ Anglicano Laureato ſuperiorem montis partem non annuente tantùm, ſed & jubente Phœbo conſcenderunt. Poſteaquam conſtitutas ſibi ſedes quiſque occupaſſet, mox gravem hanc de iis quæ Rempublicam literariam propiùs ſpectarent, Orationem Apollo habuit.

Cogitanti mihi ſæpenumerò, ac memoriâ ea repetenti

quæ

doli neſciis verus eju
thor ipſe haberetur: Q
de eò ſanè gravius pu
debet, quod ex infam
mine non levis in
ipſam Anglicanam in
dundet, quaſi alienis
tam ampla rerum nov
mi ſupellex eſt, ac Ga
ſertim tam levis mor
inclareſcat, invent
Commotus ſummâ r
Apollo reum ter alta
famem pronunciavit
que infamiæ notam,
caperetur, majuſculi
fronti eſſe inurendam

Sectio XV.

Poetarum, ac Virgilii præſertim de furibus Academicis querelæ, varia quædam quæ diu latuerant, furta detegunturi Virgilius Evangeliſans *furti Academici a Poëtarum Principe Virgilio accuſatur.*

NUllas hactenus ob illatam ſibi quotidie vim ab Academicis ad Apollinem queresas Poetæ Veteres detulerant, quod minores natu *verſificatores* aſſererent, ut libera iſtis quidlibet audendi poteſtas ſemper fuit, ita furandi quoque licentiam a Phœbo ſibi liberaliter eſſe conceſſam. Quam tamen ut is negavit ſe cui-quam conceſſiſſe unquam, aut deinceps ulli conceſſurum, prodiit tum in medium primus omnium Virgilius, Solutâ præter morem oratione hunc in modum *proſocutus.*

Utinam, ô Apollo
rum a te Latinorum
conſtitutus non eſſem
enim particulatim jar
Academicis, ne Oxo
quidem ac Cantabrig
quos in primis amas,
diſcerperer in dies.
tantùm mihi, *Naſonis*
cum huc acceſſit, *Vena*
auferre nondum potue
ctam reliquerunt : C
rias interim ab his, ali
orbem eruditum non
patior quotannis Meta
ſes : nunc enim Angl
tus veſte Tragica Angl
tra conſcendo, nunc
exutâ gravitate levit
duo, a meis etiam Ita
quiſque per Europam
culis tuis, laceror ſæpe
que diſcerpor in part
lum enim in lucem e
piam Poëma cui ſul

mihi quidpiam non inferatur: quin & domesticos mihi meos mutatis tantùm nominibus non pauci audacter subducunt: *Junonis* siquidem meæ, deposito omni Jovis quantumvis uxorii metu captus amore, Gallus mutato tantùm in leviorem, Gallicum inquam, vilioremque, habitu, eam secum tanquam legitimè suam in Galliam abduxit. *Turnum* insuper alius alio tantùm sub nomine, ipsamque eâdem arte *Didonem* nullo sibi jure vindicavit (*). Quidquod *Lemonius*, adeo appetentes alieni Galli sunt, *Lovisiadem*, Æneidi, Ludovicum Sanctum ni fallor, pio Æneæ quem

Per varios casus, per tot discrimina rerum

duxeram ego in Latium, dexteritate Gallicâ, a qua nemo sibi satis caveat, substituit. *Aptiùs* certe Ludovicum Ma-

gnum Æneæ jam quis ſubſt
tuerit, Ludovicum inquan
nunc regnantem.

Cui Pater (*) *Æneas*, & *pa*
truus exſtitit Hector

(*) Ludovicus decimus tertius princeps pius, Henricus quartus princeps bellicoſus.

quibus tamen minor ſempe
fuerit, quamdiu parem ſib
non genuerit Prolem: quo
potius, cum quopiam e trib
noſtrâ inſueto licet mihi ca
mine occinere eidem hîc lo
liceat.

Major avis ataviſque, minu
tamen ipſe parente,
—— *dum nobis prolem des Lu*
doice parem.

Ad hunc itaque, ô Apollo,
ſinas, Principem in delinquen
tes, latrones præſertim, fure
que, atque utinam in hos tantun
ſeveriſſimum, confugere me ne
ceſſe erit oraturum ut * quem
piam ſuis e ſubditis meritis ple
cti pro equitate ſuâ pœnis c

* Scaron Poeta *Gallicus.*

ret, quod adeo meam mihi inviderit majestatem, ut omnibus jam risum moveam, dum Gallicè coactus loquor, qui *Cælestium* etiam *animorum irâ* stuporem, *Didonis* fato fletum, erroribus *Æneæ* commiserationem priùs commovere solebam. Est itaque quod de hoc homine vehementiùs conquerar: neque enim Romanam tantummodò vestem, sed & Latinam quoque gravitatem mihi omnem abstulit. Gravioris adhuc cujuspiam, de quodam Christiadûm e stirpe, querelæ mihi superest argumentum: exquò enim, ô Phœbe, domito priùs Romano Imperio primas Christicolæ nostro in monte sedes tenuerunt, multiplicis furti, quamvis furto ipsis interdictum sit, convicti non semel fuêre, rati forte honori sibi fore si magni apud eos nominis Paulum

riores Parnaſſi Myſtæ, B
puta, Hugenſius, H
Vallifius, aliique non
qui hîc aſtant Recentior
credita ſibi a nobis Myſt
velare mortalibus ægrè
ceps velint, ne has ji
revelationes, alienæ r
appetentes, fureſque gl
bi mox aſcribant. Qu
tantum longiùs malum
omnes noſtros per E
Præfectos, Cenſores,
filios (*) Criticoſque
tim hortamur, atque
thoritate etiam ipſis imp
ut hoc hominum gen
publicæ, noſtræ adeo p
ſum, non ferro quidem
maque exterminent, ſa
enim non delectamur,
terrimo priùs atrament
gratos calamis configa
Totis mox artubus, ut l
dierunt, contremuê

(*) Hoc nomine cenſor publicus Oxonii deſignatur.

nonnulli, Hiſpani aliquot, Germani plures, atque Belgæ, Gallique ſibi conſcii quamplurimi, quibus nullum gratiæ locum fore Apollo dixit, niſi ubi primùm ſeſe obtulerit occaſio, factâ honorificâ Boylii, Hookii, Valliſii, aliorumque quos ſpoliaverant, mentione, ſurrepta reſtituerent: Hac Apollinis æquitate animatus quidam qui forte aderat Gallus *Anonymus* nomine, graviſſimam ſibi de Anglico quopiam interprete conquerendi eſſe cauſam mediâ e turbâ exclamavit. cum autem propiùs ut accederet; Alitophilus Apollinis Amanuenſis hominem monuiſſet, paruit quidem monenti, at cauſam ipſemet ſuam agere ſe nolle aſſeruit, ne Gallus Anglum accuſaturus invidiâ potiùs, odioque gentis Antiquo, quam jure ac ratione

cum nulla hinc ſplendoris
ſtri imminutio, ſed increm
tum potiùs exiſtat. Ne
quiſquam hic, opinor,
chanano infeſtum propte
me eſſe velit, quod Rom
eloquii, ſive ſoluti, ſive
cti artem ſui ita juris fece
ut a limatiore Auguſti ſæc
is ſolus eam tanà cum om
bus ejuſdem appendicibus
ſediſſe videatur: Hanc e
ad *Regiorum Canticorum*
ſionem *Magnetio*, reliquiſ
omnibus idem aliquando co
tis longè fœlicius adhibuit.
Gallos itaque poetas innu
ros, Angloſque nonnullo
nimadverſurum ſe ſeveriùs
xit, quod fere meris tant
verſionibus, ceu veri autho
nomina quandoque ſua ap
nant, vel ſi nomen forte ig
miniæ metu diſſimulent, a
amicos, familiares, notoſq

Conſcripſerat hic qui ſup-
plicem ſe jam tuos, ô Apollo,
advolvit ad pedes, de *moribus*
ritibuſque Iſraelitarum elegantem ſa-
ne Gallico Idiomate tractatum, cui
quæ hominis erat humilitas, ne
nomen quidem ſuum apponi
voluit: Vænalis tamen hic pro-
ſtat Londini e regione tabernæ
a Diabolo non vero (*) cogno-
minatæ Anglicum in Sermo-
nem non optimè verſus, ſup-
preſsâ interim ab interprete
ejuſdem origine, quaſi non
Gallica, ſed Anglica tellus
hunc fructum peperiſſet: in-
terpres ſcilicet quem, tu ô A-
pollo, Authorem eſſe noluiſti,
hunc ſibi hac arte, te invito,
& Minervâ non favente, hono-
rem arrogavit, ut, cum nul-
lam verſionis in hac ſuâ qua-
licumque hujuſce tractatûs de
moribus Iſraëlitarum editione
mentionem feciſſet, ab amicis

(*) Tabernæ huic ſigni inſtar imago St. Dunſtani appenditur, quæ propterea a plebe Londinenſi, *Taberna Diaboli* dicitur.

Sectio XVI.

Naturæ descriptio: naturæ de recentioribus querelæ: varia a Boylio super adinventa, variique ejusdem tractatus novi commemorantur: quo apud Aristotelicos loco natura sit: quæ sit apud Aristotelicos difficultatum omnium solutio.

DUm hunc in modum Poetarum hujus sæculi facilè Principi suam Phœbus fidem obligaret, spectaculum novum prorsus, ac insolitum Musarum omnium ora atque oculos ad se convertit. Dignâ, Imperio, specie, fœmina, medio e montis jugo, stupefactis rei insolentiâ iis, quibus ipsa minùs nota erat, erupit: Vultum quidem, partesque corporis superiores, extimas saltem licebat intueri, sed tamen ut medio tantum corpore exstabat e *rupe*, parte sui meliore latebat.

Por-

Porro licet immutabili ipſius decreto pareret Æther, Venti obedirent, Sol terras conſtanter circumiret, ipſa tamen progenio ſexûs adeo varia, ac mutabilis erat, ut nunc obrigeſceret in ſaxum, nunc aſſurgeret in Arborem, nunc mutato ſexu degeneraret nobiliter in virum, modò palleſceret in aurum, modò albeſceret in argentum, candeſceret in lilium, rubeſceret in roſam, liqueſceret in aquam, ardeſceret in ignem: at quod & fide majus, & miraculo propè par non immeritò cenſeatur, hæc omnia & his longe plura uno eodemque tempore evadebat. Cæterùm nullis Parnaſſi incolis, hæc nulier, quæ *Natura* dicebatur, tantum incuſſit ſtuporem, quantum ſtantibus extra cancellos Ariſtotelicis, quod quancumque aliis cum mulieribus

bus

bus familiaritatem habuiſſent, non modò nullius prorſus ſecretioris, cum hac commercii conſcii ſibi forent, ſed ne de facie quidem eam noſſent: quæ licet ſui copiam Recentioribus Philoſophis, quos deperibat, more ſuo faceret, de his tamen mutabilis fœmina, gravitèr coram Apolline conqueſta eſt. Nullum, inquit, hi quieſcendi uſpiam locorum locum mihi relinquunt: ad quæcumque enim fugero latibula, noctu me, diuque inſequuntur, donec inveniant: cum ſolis ad *Regiam*, ut eorum aſpectum fugerem, aſcendiſſem, illius mox ſplendorem obſcuris quibuſdam maculis imminuerunt, ut me illic quoque oculis irretortis aſpicere poſſent. Jovis itaque ſatellitibus, ſeu cuſtodibus protegendam vel in cœlo me commiſi; ſed hîc quoque ſurreptis

e Par-

e Parnaſſi armamentario teleſcopiis, tubiſque omnis generis deprehenſa ſum: minimam denique *minimorum* figuram, ut deliteſcerem ſecuriùs, indueram, ſed hi mox Microſcopiis, aut Megaloſcopiis potiùs quibuſdam me rurſus aggreſſi, objecta, quibus tegebar, vela ſubmoverunt. De his graviùs ſanè eo nomine conquerendum mihi eſt, quod, latrones alii fureſque bona tantùm diripiant, hi latibula etiam mea diruant, tollantque: quid quod viſcera etiam mea, & ſua quoque aut certè ſuorum mille modis lacerant, ut nuditatis meæ aſpectu laſcivientes Philoſophicè oculos ſuos ſatient: quantum enim, ô Apollo, Sanguinis etiam humani infeſtiſſimus mihi Boylius, quamvis hominum mitiſſimus perhibeatur, haud ita pridem ſu-

dit,

dit, ut *Sanguinolentam demum Sanguinis humani historiam* conscriberet. Interpellavit hîc modestè communem Phœbus Matrem, petiitque quâ veri specie Boylium sibi infestum diceret, cum is ejusdem, quotidiano scilicet commercio, non familiaris modò, sed & filius unicè dilectus apud omnes audiret. Cum id, excepit illa, quod tibi minimè ignotum esse credebam, rescire cupias, paucis hæc super re tibi faciam satis: non commemorabo igitur quam diris me, meosque quod perinde est, fœtus, mures, puta, gliresque machinâ suâ Boylianâ, ut vocant, seu pneumaticâ convulsionibus objiciat, nec enarrabo quot me quotannis *cohobationibus*, *digestionibus*, *distillationibus*, &c. extenuet, aut quam innumeris propemodum *experimentis* patientiam in

nomenta meam exploret, aut
juî *elaſticâ* quâdam vi, aërem
quem in ſtatu violento ſemper
tinet, latiùs multò quam ipſa
alore queam, expandat, ne-
que dicam, illatam eſſe ab eo
vim aquis, quâ unâ nullius in
corpore, puta, ligno, levitatis
ope, lignum ab imo ſurſum
propellant, aut pulverem meum
Pyrium ab eo, ſubſtracto, in
vitro, aëre ita eſſe domitum,
ut conceptâ tantùm granula-
tim flammâ, carcerem ſuum
præter indolem, nec diſrum-
pat, nec conſuetum fragorem
edat, neque tibi curæ fuerit,
ſi dixero, adeo ſeverè eum me-
cum agere, ut mediis ipſis in
aquis aquarum mihi frigida-
rum potum accuratis nimium
bilancibus ad amuſſim ponde-
ret. (*) Sed levia hæc ſunt
Boylianæ in me matrem im-
pietatis argumenta, ſi mox a me
dicen-

(*) Aq
in ma
bilan
per
di

dicendis opponantur : tibi enim, ô Apollo, reliquiſque in hoc monte communibus filiis noſtris, ſi forte nullus adhuc rumor huc rem detulerit, tibi inquam ſit notum, huc Boylium omnibus ingenii nervis conniti, ut eo, quod hactenus mihi fuit in res humanas ſub Jove, imperio, me exuat, nomenque adeo ipſum, ne qua numinis mei memoria ſuperſit, ex hominum memoria deleat (*) quin etiam omnem mihi, quæ ſapienter omnia ab aliis fieri dicor, ſapientiam ademit: quæcunque demum tribuêre mihi veteres, tribuuntque etiamnum recentiores Encomia uno is omnia ore difflat ibi, ubi liberam nimiùm in receptam hactenus nominis, numiniſque mei notionem, Hiſpanicâque ſeveriorem etiam inquiſitionem inſtituit. Quem certe ejus

jus contemptum non aliunde quam ex nimiâ mecum familiaritate proficiſci putem. Quantò majore ſemper in honore apud Ariſtotelicos fui? qui mihi ſibi quamvis ignotæ ſacrificia hactenus ſua obtulêre: Nullis enim experimentorum, Machinarumque tormentis reconditam in ſinu meo veritatem mihi extorquent: ſed tam cæcâ (quam Loyola ipſe ſuſpiceret) numen meum obedientiâ colunt, ut nihil uſpiam terrarum contingat, quod facili, inque promptu ſemper reſponſione mihi non aſcribant: quocirca, quæ putas, Ariſtotelicis æſtuum maritimorum ſtatis temporibus recurrentium cauſa eſt? *Natura.* Quæ ventorum, turbinumque maximè origo? *Natura.* Quid in lapide Herculeo ferrum ad ſe attrahit? *Occulta qualitate natura.* Quæ diſcre-

pantes

pantes inter colores. diſcriminis ratio? *diverſa ipſorum Natura.* Quid denique refrigerat in aqua, calefacit in igne, palleſcit in auro, barrit in Elephante, mugit in Bove, rugit in Leone; clangit in Aquila, exſerit ſe in ſemine, dilatat ſe in ramos, folia, flores, fructuſque in arbore? Peripatetica, ſeu Ariſtotelica harum omnium, ac ſexcentarum ejuſcemodi objectionum facilis ſolutio *natura eſt.* Tantam ignoto ſibi numini meo reverentiam habent! eſſem itaque fortunatior forte vel ſi nata nunquam, vel ſi minùs nota fuiſſem. Quid enim in causâ maxime fuit cur pretioſiſſima *Peruvia* mea tam barbaris ab Hiſpano modis habita fuerit, niſi quod intimè demum eam cognorit. Neque Boylius proinde, reliquique Recentiores Philoſophi in viſcera jam

mea,

mea, ferro, flammâ, tot experimentis, ſeveroque adeo examine ſævirent, ni penitus me, propiùſque quam Ariſtotelici cognoviſſent: niſi enim nimia mecum familiaritas, quemdam dignitatis meæ contemptum iis inſpiraſſet, aut *me* haud dubiè *ipſam* Ariſtotelico more, aut ſaltem *occultas* meas *qualitates* omnibus rerum cauſas inquirentibus facili, obviâque ipſi etiam ſtupiditati reſponſo reponerent, abſque ullo ad *materiam & motum, diverſum partium ſitum, figuram, molemve* confugio, cum his ratio tantùm experientiaque, ſeu mechanica, ſeu mathematica ſuffragentur, priori verò ſolutioni ipſa Ariſtotelis Authoritas, receptaque in Scholis Ariſtotelicis, quam violare nefas, conſuetudo, favere videantur. Quæ *cum ita ſint* tuos, ô Apollo,

ad pedes Supplex advolvor, ut pro tuâ in supplicem pietate, votis hodie meis annuere velis. Is itaque quem per tot sæcula tuis in Academiis possedi, & quo a Recentioribus, Boylio præsertim exuta nuper sum, mihi unà cum solitâ nominis mei ad fugandas omnium difficultatum larvas Usurpatione Principatus quamprimùm restituatur, ut una deinceps omnium difficultatum Solutio secundùm receptum apud Aristotelicos hactenus morem reponatur rursus *Natura*, vel *forma Substantialis*, aut certe quod eòdem recidit, *qualitas occulta*. Subridenti dum hæc diceret, *Naturæ*, arrisit pariter Apollo, nullumque quod nullum illa requireret, responsum dedit.

Sectio XVII.

Mercurii de Mathematicis querelæ : Signorum enumeratio : Cometarum altitudò : descriptio annuli horologi : Philolaus terræ motum primus tribuit : Vulcani in Parnassum adventus : Astrologiæ Judiciariæ vanitas.

NUllas interea suum ad Tribunal a quopiam Mathematicorum delatas esse querelas Apollo mirabatur, cum medium subitò in cœtum illapsus ab Æthere Mercurius ipsosmet Mathematicos latrocinii, invasionis, usurpationisque injustæ, Jovis ipsius, ut simulabat, mandato insimulare cœpit: jam enim inquit, Cœlum Terramque inter se hi, ut nosti, diviserunt, circulisque quibusdam, majoribus, ac minoribus quos tempus ferreorum etiam edax, edat nunquam, ut certiùs teneant, circumligarunt: quin

etiam quaſi omnes terrarum Plagæ, nutriendis ipſorum armentis, gregibuſque pares non forent, quædam quoque in cœleſtem, jam ſuum, ut putant, fundum, pecora, animaliaque Mathematica tranſmiſerunt, ut illic pariter dominari ſe jam pridem indiciis haud obſcuris oſtenderent: hæc certe, nempe,

Aries, Taurus, Gemini, Cancer,
Leo, Virgo,
Libraque, Scorpius, Arcitenens,
Caper, Amphora, Piſces.

Triſulco Jovis telo jamdudum periiſſent, aut æternis damnata tenebris fuiſſent niſi tuam, Phœbe, lucem, Solidis ſuis corporibus in ſubjectam ſibi terram remitterent: Cæterùm nihil jam uſpiam eſt quod huic, de quo mox, hominum generi *im*pervium ſit, ipſos enim Jo-

vis

vis ſatellites, ex eo, in quo per tot retro ſæcula delituerunt, latibulo, eruerunt, ac niſi Cometæ jam noſtri, Lunâ ſuperiùs aſcenderent, eos *vaporum Ariſtotelicorum*, atque *exhalationum* ope facilè capere poſſent, quamvis & illic quoque hos quantâcunque celeritate motos aſſequi jam ſoleant: ſed ut tuo, ipſemet, Phœbe, damno ad ſumendam de his invaſoribus vindictam movearis, tuam etiam, qua cuncta foves, ſuos in uſus detorquent lucem, ſibique pro arbitrio quaſi ipſorum foret; duram ubique ſervire ſervitutem cogunt, cum ſpeculis cauſticis, aliiſque mille modis nunc eam reflectant, nunc refringant, modò incurvent ad angulos rectos, modò ad obliquos, annuliſque in Horologis contrario tibi tramite *incedere* conſtanter jubeant,

(*) In annulo horologo dum Sol ascendit versus meridianum loci, ejusdem radius per foramen in circumferentiâ annulli trajectus ad interiorem & oppositam annuli partem, descendit ad meridiem usque: & sole in cœlo a meridiano descendente ascendit ejusdem radius in annulo horologo

(*) quin etiam horas ipsas, tuas, Phœbe, ut omnès norunt ex *die* filias nigerrimæ planis in sciathericis umbræ in oculis atque luce civitatis, te etiam spectante conjungere eos non pudet, quas sibi mox adoptatas, solares ampliùs a te patre dici nolunt, sed Astronomicas, Æquinoctiales, Azimuthales, aut etiam Italicas, Babylonicas, Judaïcas pro arbitrio, usurpato sibi denominationis jure, passim vocant: neque tua tantum, ô Apollo, sed & ipsius, a quo huc nuncius venio, ipsius inquam Jovis res agitur: illius enim e musæo haud ita pridem traditam hactenus nulli circuli quadrandi artem tantùm non Surripuerat Gregorius quidam Scotus, quicquid asserere contra videatur jure meritò magni apud Gallos nominis Hugenius. Ubi commo-

moveri his Apollinem ad risum potiùs, quam ad sumendam, quæ requirebatur, vindictam Mercurius animadvertit, indignabundus in speciem, minantique similis e vestigio discessit: sed gravioris mox quidpiam momenti bilem pœne Phœbo commovit: conquerebatur enim vehementiùs Philolaus Mathematicus antiquissimus, novo terram impulsu a Copernico ab occasu circumagi in ortum, cum identidem interim assereret, eo quem eidem multis antè Sæculis impresserat motu, nemine amplius manum admovente totâ eam deinceps æternitate movendam. Actum itaque egisti, inquit, ô Copernice cum Terram ego primus, non tu, sede dimovero: quamvis Romani Cardinales, ratione nequicquam refragante, solemni nuper decreto, ut

ut audio, ſtatuerint, ne deinceps loco moveatur, ſed quieſcat, futurum, opinor, rati ut ſicut voci hominis Sol aliquando obtemperavit, ita ſua quoque Terra Sententiæ nunc acquieſceret. Pluribus perſtricturus erat Philolaus non Copernicum modò, quod terram ſemel a ſe jam pridem impulſam rurſus ipſe impellere vellet, ſed prænominatos quoque doctores, quod nulla rationum contra pugnantium habitâ ratione, eandem nimio ſecum otio, ac quieti damnarent, caſtigaturus, inquam, pluribus hos erat ni ſubitum in Parnaſſo tumultum inopinatus *Vulcani* in montem adventus concitaſſet, totus mox geminas in partes cœtus abiit, quod flammis ex ore, oculiſque illius erumpentibus, hinc inde Apolliniſtæ ſecedere *hac, illac*que cogerentur. Vulcanus

canus ſui ad Parnaſſum acceſsùs cauſam ab Apolline rogatus reſpondit officinam ſe aliquamdiu ſuam reliquiſſe, quod quidam, tuis, inquit, ô Phœbe nutriti in Academiis, tuoque etiam, ut aiunt, permiſſu, globos meos *igniarios* (*) Novo prorſus Artificio ad diſſita magno etiam intervallo loca miſſiles abſtulerint, tanto Urbium maritimarum damno, ut nulla jam alicubi terrarum in orâ maritimâ conſiſtere ſecura poſſit. Quare cum tu hunc, ô Apollo, in fures, ut audio, latroneſque Academicos cœtum convocaris, mirari ſatis nequeo cur hoc hominum genus conſiliis juves, artibus tuis dirigas, eaque hoc ævo inſpires in generis humani perniciem, de quibus te opem ſubtrahente tuam, aut non ſuggerente, ne *cogitare* quidem poſſent. Vix

(*) The new Bombs.

habuit Apollo quod æquissim is hisce vulcani querelis opponeret: dixit tamen suo quidem permissu immissos esse in Vulcani officinam Gallos ut inde majores illas missiles ollas, quibus in Genuensium perniciem usi sunt, alios tamen in usus educerent, Scilicet ut suâ e Parnasso barbarie exclusas gentes, puta, Mauros, Algerinos, Turcas, exterminarent, ne quando inimicam musis inscitiam unà secum cum Imperio propagarent: dolere autem se plurimùm dixit, quod damnato, etiam severioribus a musis rigore, in ipsius, Galli, cultores igniariis hisce machinis tam horrendum in modum sæviissent. Quapropter extremam his minaturum se barbariem dixit, ni mitiùs deinceps cum populis fœdere sibi junctis agerent. At vanas *animorum* etiam

Cœle-

Cœleſtium ſine viribus iras inurbaniùs dum Vulcanus ingeminaret, a quodam e ſuis qui recèns advenerat commonitus, ne diuturniore in Parnaſſo morâ reſiduas ollas igniarias tanto confectas labore, artemque etiam ipſam, reliquæ circumpoſitæ nationes Gallorum exemplo, damnoque etiam ſuo riperent, inſalutato Apolline, citato gradu ſtatim e monte receſſit, ſolemni prius Jurejurando minitatus, omnibus omnino populis qui operarios alere ſuos liberaliùs vellent, Globorum horumce miſſilium myſterium ſe revelaturum, ut vel inde quanta e Parnaſſo immineret mundo mala, nulli non manifeſtum fieret: quamvis, addidit, exiſtimaret, futurum ut Vulcania hæc fulmina quodam ad Gallos monopolio *pertinerent*, quod nulli per

Europam principes tantis ad ſe præmiis Artifices invitarent. Vix erat e conſpectu Vulcanus cum a verbis pœne ad verbera in Parnaſſo ventum eſt: Mathematicos enim inter Aſtrologoſque, quos Ironiâ quâdam *judiciarios* dicimus, finiendæ vix Authoritate Apollinari ortæ ſunt rixæ. Hos ſonorâ, quâ pollebat, voce *Billius* (*) conversâ ad Phœbum oratione hunc in modum aggreſſus eſt.

(*) Inſignis nuper in Gallia Mathematicus.

Furari, ô Apollo, grave ut omnes norunt, crimen perhibetur, at furti ſe oſtentare, ac jactitare reum, quamvis ipſum reipsâ crimen admiſſum non ſit, nihilo certè levius, dignumque pœnâ ſcandalum eſt. Hujuſce ſceleris, hi quos judicio licet omni deſtitutos, joco, homines *judiciarios Aſtrologos* dicunt, conſcii omnino ſibi ſunt; quoddam enim ſe a Jove ipſo furatos

tos esse speculum ubique apud Simpliciores præsertim jactitant, in quo determinatam futurorum etiam contingentium veritatem videant, cum tamen non interruptâ omnium sæculorum memoriâ non nisi falsa prædicant: qui proinde quod de Nostradamo quispiam cecinit, æquo sibi jure assumant.

Nostra damus cum falsa damus
nam fallere nostrum est.
Tum tibi nostra damus cum tibi
falsa damus.

Quamvis autem hæc ita se habeant, hi tamen omnium hominum vanissimi constructum a me *Astrologiæ judiciariæ tumulum* (*) cum aperto Marte non audeant, insidiis, dolo, malisque artibus oppugnant, quoties artem hanc prorsus inertem, quam tumulatam a me quondam Europa novit, Londinenses, Parisini, Batavi,

(*) Librum *tumulus Astrologiæ judiciariæ*, inscriptum scripsit.

Lugdunenſes, Cæterique
orbem Pſeudoprophetæ, ei
dere rurſùs omni ope nituntu
dum pura, in dies, putaque ſi
plici populo mendacia im
nunt. A Billio junctis ar
ſtetêre præcipui per orbem E
ropæum Mathematici, q
inter eminebant Valliſius, H
genſius, Curcierius, Hooki
Aliique quamplurimi qui in
per ſua a Germanis, Ita
Galliſque præſertim, aut
tegra interdum, aut ne mi
oculatis furtum appareret,
viter forte immutata, nullâ
dum honorificâ ſui factâ m
tione paſſim abripi pluril
conqueſti ſunt. cui protin
malo rogatus priùs Sententi
ab Apolline eundum eſſe
viam Boylius dixit, ne Sc
cet impunitâ hac rapto viv
di licentiâ liberum Reipubli
literariæ commercium doct
re

retur: Sæpe enim, aïebat, ut nunc ſunt tempora, ſpoliati ab his Latronibus authores triſtem hanc canere coguntur cantilenam.

Hos ego verſiculos feci, tulit alter honores
Sic vos non vobis vellera fertis oves:

Quâ quidem accuſatione Sanguardum, Taquenium, Guiſſonium Chymici ſui ſceptici exſcriptorem, alioſque non paucos operum ſuorum mutilatores tacitè perſtringebat.

SECTIO XVIII.

Variæ de Bibliothecæ Univerſalis Scriptoribus querelæ: Hi Latrocinii Academici a Carpione accuſantur. Varia Bibliothecæ Univerſalis utilitas ab Apolline commemoratur: Apollinis monita quædam.

DIcturum plura in hi mutilatores Boylium ſonitus ſubito

ſubitò excitatus quaſi affluentis undique turbæ interrupit: repleverant montis vallem Galli authores innumeri, Germani, Belgæ, Philologi, Philoſophi, Theologi, Politici, Hiſtorici, Medici, Miſcellanei, qui cum tumultuatim altius in montem aſcendiſſent, Apollinis non procul a tribunali quieti conſtitêrunt, donec publicus Parnaſſi præco propius eos accedere juſſit, ut ſi quid de furtis academicis reſcirent, id protinus nullâ cujuſquam habitâ ratione exponerent: quod autem eoſdem, omnes, *Apolliniſtas*, ejuſdemque criminis accuſaturi eſſent, cauſam ſuam, *Carpioni*, ſingulos enim loqui neceſſe non erat, unâ voce commiſerunt. Is mox intento in Apollinem vultu, in *Bibliothecæ Univerſalis* Scriptores vehementiùs hunc in modum peroravit.

Si

Si fures, meritas, te, Apollo, Judice, hodie pœnas luant, eſt ſane cur *Latrones Academici* totis artubus contremiſcant, cum latrocinari gravius quid, quam furari videatur & reipſa ſit: aliquem tamen hoc in monte locum occupant *J. Clericus*, // & *J. a Lacroſe*, quos non furti // quidem Academici, ſed latrocinii pœne quotidiani reos non docti tantùm norunt: noſtra ſiquidem exſcribunt hi in dies volumina, quæ jam nullus fere maximo reipublicæ literariæ damno legat quod ea paucis contracta, *Bibliotheca Univerſalis* exhibeat: atque equidem neſcio an hi duo Scriptores in causâ non ſint, cur in tot ubique jam mediocriter tantùm doctos incidamus: profundioris enim eruditionis quiſpiam rara jam idcirco avis eſt, quod *breviores* horum lucubrationes,

[illegible]

Cum enim ampliora tuc

tuorum volumina contrahi abhis velis, ſi quid ipſi peccarint non leve, pace tuâ dixerim, in temetipſum, ô Apollo, dedecus inde redundabit; quocirca aſtantium hîc authorum nomine, qui numini ſe tuo totos conſecrarunt, ſupplex etiam, atque etiam rogo ut vel delatas ad te de his querelas ne rejicias, vel quo deinceps modo erga tuos gerere ſe debeant pro authoritate præſcribas. Apollo mox, immutato nonnihil vultu, indictoque, publici præconis voce ſilentio *Carpioni*, qui jam dicendi, aut Carpendi potius finem fecerat, in hæc fere verba reſpondit: Gravius quidem furto latrocinium, ut primùm a te, Carpio, non omnino abs re obſervatum eſt, nemo ſanæ mentis negarit, at immeritò hos tu quos ego *Bibliothecæ*, non Regiæ,

aut

aut *Vaticanæ*, ſed longè utrâque ampliori, *Univerſali* ſcilicet ſummo cum imperio præfeci, non furti quidem, ſed latrocinii tamen Academici accuſas: *Latrones* enim *Academici* ii tantùm mihi fuerint, qui aliorum lucubrationes leviter tantùm, aut non omnino immutatas ſibi aſcribunt: cujus quidem criminis nemo eos meritò inſimularit, cum productiores tantùm authorum, qui huc tecum venerunt, lucubrationes, jubente me, atque in reipublicæ noſtræ emolumentum dirigente contrahant: quo quidem neſcio an quid ad Parnaſſi noſtri illuſtrationem utilius fingi poſſit. Pauci enim ſunt qui ingentia volumina evolvere velint, & pauciores longè quibus per otium liceat: hos itaque quos accuſas, eo, ſelegi, *conſilio*, ut non tam ſibi quam

rel

reliquis legerent, & ſtuderent: quorum ſane ope, operaque fit, ut hi ipſi quorum hîc cauſam agis, authores toti etiam Europæ innotuerint: neque enim quorumdam inſtar ut labori parcant, ea prætereunt, aut quæ ſcitu utilia forent, aut quæ ad pleniorem authorum notitiam inſervire poſſent. Neque digito tantùm, & generatim indicant, aliorum alibi exemplo quid quiſque author doceat, ſed particulatim authores qui pauca multis ſcribunt, in fruſta diſſecant, & rudem, indigeſtamque ſæpe molem, præſcriptâ a me methodo digerunt ſemper, ac ſæpe expoliunt, ut qui diffuſus barbariſmis ſcatebat, contractior jam horum arte attico ſermone fluat: quod autem faſtum quem commemorabas ſpectat, timendum non eſt ne hoc iis objiciatur

ciatur aliquando crimen, (
nec ruſticè educati, nec ſ(
nec leviter literis tincti
Carpendi quidem conſue
nem iis potiore jure quis (
cerit, quamvis hâc omnin
re hactenus abſtinuerint:
tamen per me licet uta
deinceps judicio, manifeſt
erroris, amicè, urbanèqu
more meos etiam alumnc
moneant : nec incom
quidquam ſubeſſe video (
terutri diffidentium pal
interdum adjudicent tum
ſertim cum de rebus ad P
ſophiam, Theologiam, H
riamve ſpectantibus certa
inſtituitur. Nolim tamc
Mathematicis diſciplinis,
medicâ, de Juriſconſultc
decretis quidpiam alteru
in partem pronuncient,
eorum provincia non eòu
ſe extendat : nec minùs

mihi diſplicuerint ſi quid mi-
nùs caſtum, quam ſi quid mi-
nus caſtigatum, quo in utro-
que genere vicini quidam pec-
cant, orbi erudito oggerant:
contra *Carpio* ne hiſcere quidem
uſus reliquis una cum Autho-
ibus qui hiſce Apollinis ora-
ulis annuere videbantur, e
Parnaſſo ad conſuetum in mu-
æo laborem receſſit.

Sectio XIX.

Excitantes ſtrepitum in Parnaſſo, ut ubique, Gallos defendit Boileaqueus: *Comitem Roceſtrium furti Academici accuſat, qui rurſus a Comite ejuſdem criminis accuſatur. Boileaquei furta deteguntur. Apollinis de Anglis, Galliſque Judicium.*

UBi objecta a *Carpione* con-
tra *Bibliothecæ Univerſalis* ſcriptores Apollo diluiſſet, mox id tumultuantes, obſtrepentel-que murmure conſueto Gal-

los

los ſeſe convertit, monuitq
ne ſimul omnes loquerent
aut alius alium quemadmoc
fit, inter loquendum inter
laret, ut unus Boileaqueus (
leau) repentini cauſam ſtrepi
remque prout erat, etiam ſe
ſitâ, ſi poſſet ſatyrâ, expo
ret: is Apollini cujus benig
re afflatu Poëta inſignis au
bat, obediendum nullâ in
poſitâ morâ ratus brevem h
de re totâ narrationem ir
tuit.

Excitatum hîc a Ga
etiam te, ô Apollo, loque
ſtrepitum hac ſaltem vice v
ciori gentis, pedes, manus
linguam ægriùs cohibentis
nio ne tribueris, turbule
enim nos, inurbanoſque et
præter morem fecit, con
ctus hoc in monte, hâc
etiam in ſynodo, quaſi nu
furti Academici reus ſo

Gomes *Roceſtrius*: in hunc ulterioris impatientes moræ frendebant mecum Galli hîc quamplurimi, quod is nomen apud Anglos verſibus meis non paucis in Anglicanum tantùm ſermonem verſis nomine meo callidè ſuppreſſo celebre ſibi comparaſſet: quod quidem æquo certe animo ferrem, ſi furari viciſſim ab Anglis tot quamvis rerum novarum in dies inventoribus quidquam nos quoque poſſemus: primam enim virtutem orationis, *Perſpicuitatem*, adeo hi negligunt, ut primo ſtatim aſpectu quidam authores Angli non ſemper ſemetipſos capiant: quî igitur pateat extraneis ingreſſus in intimos ipſorum receſſus, ut conditas ibi revehant ſecum opes? nihil proinde cauſæ ſubeſt cur a noſtris ſibi rapinis authores Angli *metuant* cum ipſa periodorum

ad paginam fere interdum productarum prolixitas nos diuturnioris moræ quavis in re vix patientes, ab omni cum iis commercio penitus deterreat, ut de metaphoris, allegoriisque frequentibus quibus ſuam Angli mentem involvunt, nihil hîc loci dicam, quod promiſſæ memor brevitatis, importunus tibi, tuiſque ô Apollo, diutius eſſe nolim: dicere vix deſierat *Boileaqueus* cum rogatâ prius ab Apolline veniâ prodiit medio e cœtu in medium conſpicuus inter omnes formâ, intrepidique oris habitu *Roceſtrius*: is ut erat naturâ fervidus, acrem hanc in Boileaqueum, Gallicaſque muſas orationem habuit. Mirari ſatis, ô Apollo, nequeo *Boileaquei* hîc non immeritò aſtantis temeritatem quod, furti is me tuo coram tribunali hodie accuſet, quaſi ejuſdem ſe crimi-

criminis ubique reum neſciret:
Gallicâ enim duntaxat oratione diſcrepat fere Boileaqueus ab Horatio, Lucretio, Juvenale, cæteriſque qui mores hominum propiùs deſcripſerunt: quo ſane diſcrimine pejor longe facta eſt horum veterum conditio, cum jam Gallicè tantùm garriant, qui graviter orius & latinè loquebantur. Quod ad me attinet non equidem negarim me *Boileaqueo*, quæ orius aliis ipſe ſurripuerat, ſufuratum eſſe quædam: ſed anglicano ea ſale ita variè condivi, ut ure mea jam dici poſſint: Anglicanam enim poëſim præterierum noſtrarum neſcios longè Gallicâ eſſe ſublimiorem nemo neſcit: atque fruſtra omnino Boileaqueus, aliique non pauci nter Gallos, authores noſtros utant, vel ipsâ orationis obſcu-*itate Gallicis* a rapinis eſſe tu-

tos, cum contrarium ipſe, res ipſa per ſe loqueretur, monſtare poſſem: quot e hodie natas in Angliâ fruges tantum modo, methodc in Gallia commolunt?

Interrupit hîc dicenten pollo, ut quid tum Gallis, Anglis inter Scribendum, giendum eſſet, doceret. B *quei* igitur, inquit, conver *Rocheſtrium* oculis, qui hîc t cuſavit, accuſationem floc cio, cum quod a te ipſi ſul ctum eſt, Anglicani Car majeſtate ita immutaris, ut meritò reputetur, & ſit glis tamen prolixitatem, ctaſque diutius æquo p non immeritò *Boileaqueus* continuato enim interd ſeptemve ultra verſus nis contextu obſcurita tur: quâ fit ut quam ma ab Anglis, quod

cuum ſensù ſcribant, mutuari Galli vèlint, pauca tamen queant, ni Anglicam penitus linguam, quæ, fateor, non nimium perſpicua eſt, à teneris didicerint: Cæterum familiares Anglis metaphoras quod paucis multa, ingenteſque interdum ſenſus uno quaſi ductu pingant, omnino probo, copiamque Anglicam ſermonis, & variam omnis generis ſupellectilem meritò Gallicanæ inopiæ præfero: ſuam enim Galli linguam ita expolierunt, ut pœne totam reſecuerint: unde non abs re mirum cuipiam videatur tam eloquentes, ſeu loquaces potius eſſe Gallos cum pauca adeo verba Gallicanum ipſis idioma ſuppeditet: hoc igitur Gallos inter, Angloſque quoad dictionis, ſcriptioniſque methodum diſcrimen eſſe putem, quod profundiùs Angli, clariùs Galli, quod

Angli viris, mulierculis tantum ſcribere & loqui Galli videantur: finem hîc dicendi Apollo fecit, quod inexpectato *Legrandii* recentis apud Gallos Hiſtorici in Parnaſſum adventu totus pœne tumultuari Parnaſſus videretur.

SECTIO XX.

Legrandius recens apud Gallos Hiſtoricus Burnetum non abſimilis furto Academico criminis accuſat: reprehenditur ab Apolline, à quo defenditur Burnetus: accuſatur Imocrebæ furti Academici à Baptiſtâ Montano, abſolvitur ab Apolline.

SEdato, Apollinis manu, tumultu, *Legrandius* ſtupefactis hominis audaciâ muſis in montem à nemine vocatus tantùm non irrupit, ut cariſſimum Apollini caput, *Burnetum* diſſimulatæ veritatis, quod non abſimile furto Academico crimen eſt, palàm accuſaret: eum ſcilicet, ceu minus ſyncerum Eccleſiæ in Angliâ reformatæ,

&

&, quod nemo crediderit, minus gnarum rerum Anglicarum Hiſtoricum etiam muſis, quaſi imponere iis poſſet, innuebat. Sed hominis impudentiam gravi hac oratione hujuſcemodi ſciolorum deinceps ad documentum reprimendam mox Apollo cenſuit.

Nemo nobis hâc in Synodo propiùs aſſidet qui inſignem prorſus Parnaſſi noſtri illuſtratorem *Burnetum* non mecum agnoſcat: quæcumque enim numinis mei afflatu hactenus in reipublicæ noſtræ emolumentum prelo commiſit, ea, me judice, monumentum promerentur ære perennius: at principem noſtro in Archivo locum obtineat *Angliæ reformatæ hiſtoria*, quæ orationis ſuavitate aures dum demulcet, rerum narratarum veritate Legentium animos præjudicio ſi liberos, ſibi

ſibi ubique conciliat: ſi quâ enim hæc labe contaminata fuiſſet, eam oculata Anglia vidiſſet Iampridem, atque eluiſſet.

Tuam, itaque, *Legrandi*, imprudentiam, atque temeritatem miramur meritò hîc omnes, quod hiſtoriæ fidem, quam Parlamentum etiam Anglicanum, hoc enim verbo uti hîc mihi liceat, publicis encomiis ferræ poſteritati conſecravit, ſuſceperis tu convellendam. an lynceis Eccleſiæ Anglicanæ doctoribus oculatior unus tu es? memineris punitam hanc nuper ab ipſo *Burneto*, ac *Delaroquano* in *Varillaſio* temeritatem; hujus certè ſuppliciùm ab eodem te crimine deterrere debuiſſet: Suam Burneti hiſtoriam ex publicis regni Anglicani ſcriptis, quorum ipſi *pia* regiâ authoritate facta fe*rat*, Anglorum omnium Ju-

ſummâ fide contexuit, contrariam tu ex literis Anglicè pleriſque conſcriptis quas minus forte intelligebas, fingere velle videris, non ſpe, ut opinor, victoriæ, ſed nominis, famæque apud doctos, ut Burnetus de certaminis hujuſce ſcopo, ſi per modeſtiam liceret, canere verè poſſit.

Me ſtricto hic calamo, non ſtricto provocat enſe. //

Ut, cum victus erit, mecum certaſſe feratur.

Hæc ubi Apollo dixiſſet, *Legrandium* monuit, ut e monte ocyùs diſcederet, quod nullum iis patere illic locum vellet, qui tam dilectum ſibi meritò filium ſtricto calamo abs re impeterent. ſubjunxitque, ſi Apollineis annumerari vellet, ut & acutiùs deinceps ſcriberet, & inter narrandum minùs langueſceret. Hactenus vix ſe contu-

nuerat impatiens ulterioris moræ *Baptiſta Montanus*, jamque debitæ præſenti Numini reverentiæ præ iracundia oblitus abruptâ hâc oratione ridentibus interea hominis inurbanitatem muſis Apollinem detinuit.

Turpe eſt doctori cum Culpa redarguit ipſum.

Qua fronte, ô Apollo, Imocreba, qui aliquem quoque ſibi hoc in monte deberi locum putat, furti quempiam Academici accuſet? cum furum ipſemet Academicorum facilè princeps ſit, vel hoc nomine quod conſcriptum à me jampridem de *acerbo*, *auſtero*, *acida*, *acri*, *ſalſo*, cæteriſque ſaporibus Libellum, ſibi tanquam ſuum *Londini* aſcripſerit, novamque ſe reipublicæ tuæ proponere artem dixerit, quam ego tamen multis antè annis, toti Europæ, *ut probè* noſti, propoſueram:

is igitur, ô Apollo, qui tam multos hîc ut fures Academicos accuſat, ejuſdem criminis cum reus ſit, publicâ deinceps, te inurente, infamiæ notâ ubique innoteſcat; aut certe obvii omnes, ingrato carmine perpetuò ipſi occinant:

Turpe eſt doctori cum culpa redarguit ipſum.

Parantem ſe mox ad ſui defenſionem Imocrebam Apollo nutu prævertit, litemque ipſum inter, atque Montanum ex utriuſque mente ita paucis diremit:

Non equidem ignoro, inquit, *Montane*, quam eruditum tu olim de ſaporibus ediderís in lucem inſtinctu meo libellum; ſed *medicam plantarum, ac corporum quorumcumque virtutem ex ſolo ſapore dignoſcendi artem* uni Imocrebæ aſcribendam eſſe puto: ne tamen minùs tibi propitius

ar, hujuſce, non ne-
nateriam tu, ille for-
it, molem indigeſtam
ti, ille in ordinem re-
chaoſque tuum idoneâ
diſtributione diſſipavit:
gitur novo omnia con-
nova fiant, hujuſce artis
ſibi Imocreba tribuit,
ille meo conſenſu dein-
inventor audiat.

SECTIO XXI.

eba a Pillmanno celebri apud
uſſipontanos medico accuſatur:
Apollinis de ſententiæ mutatione
idicium: tractatus quidam medici
b Imocrebâ conſcripti: antiſcorbu-
tica Imocrebæ medicamenta.

JRaviorem mox ad Apol-
linem de Imocreba quere-
am Pillmannus celebris apud
Muſſipontanos in Lotharingiâ Me
dicus detulit: Alios hic, ait
furti Academici te coram accu
ſat, cum gravius quoddam ip
crimen in nos commiſerit, qv
no

noſtræ ſeipſum Academiæ ſuffuratus ad adverſarios noſtros mutatâ ſententiâ jamdudum tranſierit: debitam itaque transfugo, ut decernere velis pœnam, univerſitatis Muſſipontanæ nomine ſupplex te etiam, atque etiam rogo.

Doleo equidem, repoſuit Apollo, *Univerſitati Muſſipontanæ*, quam in primis amo, cæteriſque per Europam, Cantabrigienſi, Pariſinâ, Oxonienſique exceptis, omnibus præfero, genium adeo ignotum eſſe meum, ut ejuſdem doctores mutatam ob ſententiam puniri à me *Imocrebam* velint, aut puniendum eſſe putent: alumnis enim meis non magis irafci queo quod variè intelligant, quam, quod variè videant: ut enim non uno omnes oculo aſpiciunt, ita nec uno omnes intellectu intelligunt, variaſci-

licet pro varia objectorum apparitione utroque modo videant: quid igitur de hominum opinionibus adeo solliciti simus quasi Ixionis ad rotam, aut Sisyphi ad laborem idcirco damnandi forent, quod nostrum contra dictamen agant, quantumvis suo, omnis ut putant securi erroris, conformiter vivant: quisquis igitur innatis, notisque, primorum instar, principiis contradicit, is haud dubiè peccat, at qui accurato rationum pro utràque parte militantium examine perspicacior jam, de rebus ex se non manifestis mentem mutat, sibi is, Jovique relinquendus: suo enim non alieno judicio, stat, aut cadit. At aliud jam Pillmanne, qui nostros inter filios non minimus audis, in Imocrebæ gratiam commonitum te velim; non commemorabo

quid

quid de abuſu Mercurii in curando quodam morbo tibi non ignoto, quid de *arte dignoſcendi medicam plantarum virtutem ex ſolo ſapore*, quid de *varietate*, *ac variatione pulsûs*, quove ſucceſſu ſcripſerit: nova enim hæc licet ſint, non tantùm ad Univerſatis veſtræ honorem faciunt, quantum, etiam dulce ejuſdem, quod vobis ſuffuratus dicitur, *menſtruum*, quo margaritas, aurumque perpetuo, certoque ægrorum ſolatio diſſolvit: proſtant enim Amſtelodami ejus unius arte paratæ ex Margaritis ſolutis aquæ (*) quæ vitalem Neſtoris ad annos nutriant humorem: proſtat quoque ibidem *Antiſcorbutica*, ut vocat, ex auro diſſoluto, tinctura (*) qua nil adverſus ſcorbutum, morboſque inveteratos valentius unquam ipſemet excogitavi, ut nihil de *antiſcorbutico*

(*) L. de perl

(*) Th antiſco butie Goulde tinctur

ſcorbutico ejuſdem pulvere ſup
dam, quo dealbati mon
dentes, firmiùs, ſi prius
vacillarent, in acie ſtant
ſibi mutuò roboratis, gir
arctiùs cohærent: hæc ubi
lo: *Imocrebæ* Pillmannum c
liavit, qui, quando Imo
Univerſitatem *Pontimuſſa*
æque ac *Muſſipontanam* illu
ret, illius apud ſuos, quan
vis opinione ab his nunc d
paret, fautorem ſe, ac d
ſorem fore dixit.

SECTIO XXII.

*Boylii de Amſtelodamenſi q
querelæ: Imocrebæ defenſio
ticorum quorumdam negli
frequentia nimium criteria
lini non probantur:*

INterea Boylius qui p
mus Apollini aſſidet
dextris, ex ipſo, equo e
bat ſolio, ſedentem enim

eum Apollo voluit, de *Amſtelodamenſi* quopiam commotus nonnihil præter morem hunc in modum conqueri cœpit. conſcriptum, a me Anglice, ô Apollo, librum Imocreba juſſu meo latinum fecerat eâ quidem orationis proprietate quæ mentem ubique meam, ut ipſi præſcripſeram, verbatim pœne redderet, non eo tamen ſcrupulo, quod id ipſe vetuiſſem, qui voces rebus ipſis poſtponeret. At Typographi inſcitiâ Anglicanum exemplar, in quo *Elk* legebatur, conſulentis, quod tranſcriptoris incuriâ verſioni latinæ vox, *Alce*, deeſſet, Typographi inquam factum eſt inſcitiâ ut *Elk* Anglicum, *Elkjum*, non *Alca* verteretur quod is vocem Anglicanam, a Latinâ quâpiam non abſimili derivatam putaret. ſed ut levia hæc ſunt, nec propius me ſpectant

ita

ita mearum esse partium non existimo indicare hic loci, quod Latinam Imocrebæ versionem Grammaticus noster Amstelodamensis, ut a Syncero Latinæ orationis contextu degenerem imperitiùs redarguat, nisi philosophica quævis, novaque hoc sæculo quam plurima *Ciceronianis* semper exprimi verbis stolidè quis velit. Missa igitur facio hæc omnia, ut quod me magis, meritòque angit, paucis exponam. Imocreba qui mentem meam penitus intellexerat, meoque ex voto expresserat distinctè nitidèque, ab hoc sciolò idcirco redarguitur, quod dicentem me inducat *Limam, cultri aciei esse contrariam*, cum ego, inquit ille, de Limonïorum succo cultri aciei contrario intelligendus sim: *hinc* vel, me tenente, ô Apollo sat intelligis in quos inter-

dum

dum errores ii impingant, qui veſanâ, inſanâque criterii libidine Libros non diſcendi, ſed carpendi tantum ſtudio, leviter adeo percurrunt. Criticus enim ille Amſtelodamenſis locutionem hanc Latinam, *ut lima, Cultri aciei contraria eſt*, quæ mentem omnino meam exprimit, vel non intellexerit, vel Philoſophiæ *experimentalis* parum gnarus ſit, oportet, cumnon Limam, ſed ſuccum Limoniorum, *Cultri aciei* contrarium quòd deceptus crediderit, meum quoque exiſtimarit hunc eſſe debuiſſe ſenſum.

Leviorem certè is mihi injuriam feciſſet, ſi Gallorum aliquot exemplo mea tacitus opera leviter immutata exſcripſiſſet, aut furis inſtar domeſtici, meum a me aurum furatus eſſet. *nunc enim* ſummo meo dedecore

core ſuam quantumvis adulte
ratam inveniendam apud m
eſſe monetam à *Bibliotheca Un*
verſali Iampridem palàm fie
volùit: quam autem immèrit
& ſuam mihi mentem, ſer
ſumque aſcripſerit, & minu
fidam *Imocrehæ* verſionem, a
lato, quo deceptus eſt, exem
plo, innuerit; is vel me pe
litteras, vel exemplar meu
Anglicanum hâc ſuper re a
tentiùs conſulat omnino, v
lim.

Ut tantæ licentiæ, arrogà
tiæque, reſpondit Boylio A
pollo, iretur deinceps obvia
curaturum ſe promiſit: inter
Boylium, hanc nactus oppo
tunitatem, monuit, ut ſi q uid
re literariâ fore judicaret, aud
turis id avidè ex eo Muſis aper
ret: is monenti Phœbo, cuj
conſiliis regebatur, ut pro
nus obediret, quid potiſſimù
ſe

foret ab Apollineis corrigendum, ita fere declaravit. Non equidem, ô Apollo negarim, jure meritò convocatam hanc a te in Parnaſſum Muſarum ſynodum, ut fures Academici meritas, te decernente, pœnas luant: ſed de his, qui nocturnam interdum alumnis meis furantur quietem, importunis, inquam, hujus ſæculi *Criticis* non minùs ſeverùm meo quidem judicio ſumendum eſſet ſupplicium. Quam multos enim nunc reperias qui J. Clerici veſtigiis minimè inhærentes ridiculis, aut certe inutilibus plerumque criteriis tempus inglorii conſumant, dum interim cæteros mortales ob vocem, quâ veteris cujuſpiam dubia mens aliquâ veri ſpecie exponitur, caſu intellectam, puerili prorſus faſtu deſpiciunt, *digitoque* monſtrari vel idcir-

co

co ſe & ſtultè volunt, & falsò putant: veterum tamen Numiſmatum, rerum antiquarum, aut antiquitatis ſcientiam non condemno, ſed contrà commendo, laudoque plurimum, prolixas tantùm ac nimiùm frequentes de inutili vocula, aut ſententiolæ cujuſpiam parùm neceſſario ſenſu diſſertationes probare nec poſſum, nec debeo, quod hujuſcemodi tricis & tempus teratur fere ſemper inutiliter, & *experimentalis Philoſophiæ* ſtudium magno reipublicæ noſtræ dedecore negligatur; cum hujus ignorantiâ non *limam*, ſed *ſuccum limoniorum aciei Cultri contrarium* Cenſor ille de quo ſupra, Amſtelodamenſis, quem ne de facie quidem novi, ſat inepte pronunciarit.

SECTIO XXIII.

De Batavis conqueritur Neptunus : Batavorum victoriæ : Hollandorum industria, Hollandiæ descriptio: Laudantur ab Apolline Batavi.

PRorogaturus erat posteram in lucem Apollo synodum cum *Nereides*, reliquique maris dii, e mari in subjectum Parnasso fluvium irruperunt : hi confuso omnes murmurantium instar aquarum sonitu, in Batavos varia tumultuatim quæ nemo intelligeret, ingeminabant : sed ex aquis mox Tridentis ope emersit Apollinis ad usque tribunal Neptunus ipse, marium dominus, qui spumante, ut solet, ore, gravem hanc de *Batavis* querelam instituit. Quid tua, ô Apollo, in fures Academicos severitas profuerit, si alienarum ditionum direptores *Batavos* dimiseris impunitos.

quiret non tam loquentis, quam mugientis Neptuni ferre diutius Apollo murmur, in hæc fere verba paucis eum redarguit.

Serenas inter, mitesque musas turbidum te videri, Neptune dedecet, constantes ea tantum, quietisque amantes diligunt: tu, quia totum tibi corpus ubique defluit, nusquam quiescis, nusquam consistis, & nunquam: sed ut quid de dictis a te sentiam, noris, frustra charissimum mihi genus Batavos ut punirem, ab ipso statim orationis tuæ initio rogasti cum nihil nisi laude dignum seraque apud posteros fama de iis mihi objeceris: hæc ubi Phœbus: in præterlabentes aquas in quibus magno musarum terrore aliquot horis æstuavit Neptunus se deorsum e vestigio projecit.

SECTIO XXIV.

Solymani Imperatoris in Parnassum adventus: Bibliothecam Budanam à Cæsarianis avectam ut Apollo restituendam sibi curet, frustra petit. Lotharingiæ, & Bavariæque ducum encomium.

NEptuni, Apollinis e conspectu fugam excepit repentinus undique circa vallem Parnassi tubarum clangor, non sine magno musarum stupore quod nullus armorum fragor in Parnasso audiri soleat: nobili scilicet stipatus equitatu propiùs accesserat ad montem Solymanus Turcarum Imperator hoc nomine tertius, ut *Occidentis* spem, & gloriam, *Orientis* terrorem, & belli fulmen serenissimum Lotharingiæ ducem, ob victos toties *Othomannos*, omnium meritissimè *Othomannicum*, unàque Bavariæ ducem

natum ad *Imperii* rutamen
vissimi coram Apolline L
cinii accusaret. Arma t
prius, expectantibus
montis vallem, quos
duxerat *Spahianis*, Ap
Jussu depositit, quod
hunc montem armato
scendere liceat. Non pr
taque Apollinis a throno
ranum manu gestans ita
cis, ut imperatorem dec
graviterque disserui.

Quamvis, ô Apollo,
Mahometanæ peritia aliqu
hi hoc in monte locum t
non tamen idcirco huc
veni, ut hoc mihi jus
carem: majoris quoddam
menti negotium huc me
pulit. *Lotharingus*, cujus
heu, in dies, victorias
hîc tuæ celebrant, duxqu
varicus, quos mei adeo
midant, Bibliothecam B

ex antiquis fere Manuſcriptis, ſcriptiſque compoſitam noſtris fruſtra repugnantibus pro virili, ſurripuerunt : quocirca inter pacis, quam ſupplex eos præter Imperatorum Othomannicorum morem, etiam atque etiam rogo, tuo Phœbe, interventu conditiones una hæc ſit, voluminum Budâ Viennam advectorum reſtitutio. Imperatori, mox urbanè admodùm ſuo more hunc in modum Apollo reſpondit.

Cùm quævis, Solymane, ſcientia ad occupandam hoc in monte ſedem, jus cuivis tribuat, tibi quoque utpote legis *Mahometanæ* admodùm perito idem omnino concedi ius oportebit : tuis tamen annuere votis hâc vice nequeo, quod neglecta Budæ jacuerit hæc, cujus mentionem facis, *Bibliotheca*, quæ jam Reipublicæ

noſtræ,

noſtræ, Germanorum induſtriâ futura deinceps utilis eſt. plura ſubjungere Apollo noluit, quod miſſus à magno *Viſirio* nuncius dicturum plura irreverentiùs interpellarit: is enim neglecto, præfeſtinatione, numine; ad Solymanum converſus tremulâ hæc, incertâque voce effutiit.

Auguſtiſſime Princeps, ſanè quam pro eo ac debent, graviter, moleſteque ferunt tui, quod tempus hic inutiliter cum Muſis tranſigas, quaſi à Lotharingiæ, Bavariæque ducibus, tuum diſcerpi imperium neſcires. Uſus ſexto jam prælio tuis à *Lotharingo*, totque, non auro, ut alibi factum ajunt, ſed ferro redactis in ſervitutem civitatibus feſtinant Chriſtiani Belgradum, indeque Conſtantinopolim, ſi diutius inermes inter muſas hæreas: tutius

certe

certè apertus Martis campus, quam hic mons deinceps asylum tibi fuerit: qui enim Mahometi fratris tui, qui Gallorum omnium præclara alioquin facinora, rerum paucis annis gestarum magnitudine ex hominum memoriâ delevit invictus huc usque Lotharingiæ dux, te quoque, ni inerti otio negotiorum præferas vices, victricibus Romanorum aquilis dilaniandum brevi tradet. hæc ubi ille: Solymanus insalutato Apolline, tantum ei terrorem Lotharingus vel nominatus incusserat; e monte ad suos protinus abiit quid facto opus in tantis rerum angustiis unà cum *Muphtio* consilium initurus.

SECTIO XXV.

Jurieus, Massardus, &c. in Parui[illegible] forti accusantur à Veridico. Pylorius archivi Apollinei custos [illegible] se ab objecto crimine: Jurieus, Massardus amice ab Apollini prædictionis termino monentur.

NEscio quod repentino S[illegible] lymani discessu ortum i[illegible] ter musas murmur, cum Apol[illegible] nutu compescuisset, quispiam *[illegible] ridicus* nomine mediâ se e turb[illegible] Apollinis in aspectum extric[illegible] vit, hic *Pylorium* Archivi Apo[illegible] linei custodem neglecti offi[illegible] graviter accusavit; futuru[illegible] omnino, dixit, ô Apollo, p[illegible] tem, ut nemo deinceps de fu[illegible] turorum te eventu consula[illegible] quod *Jurieus*, *Massardus*, aliiqu[illegible] per Europam qui Prophet[illegible] videri volunt, *Pylorii* incu[illegible] scriptum manu tuâ de *futu[illegible]* *libellum* suos ad usus ex b[illegible]

mo

monte surripuerint: in hoc enim Massardus *Reformatorum* in Anglia intra triennium excidium legit, aut legisse se putat, in hoc magni nec immeritò nominis *Furieus Hugonotorum*, ut loquuntur in Gallia, fatum vidit, quos brevi, ni fallor, isthuc remittendos, pristinæque restituendos libertati ibidem prævidit: quocirca nullius deinceps, ô Apollo, nominis futurus es si *Pylorius* tuum in Archivum cuivis ad Prophetiæ donum aspiranti aditum patefaciat. Diutius ferre hominem cum hic non posset dicentem vix petitâ loquendi facultate subiratus interrupit: fictum, inquit, mihi objicis, Veridice, crimen: neque enim ego aut *Massardo*, aut etiam *Furieo* quamvis apud nos jampridem celeberrimo in secretius Parnassi *antrum*, ut inde determina-

tam rerum contingentium veritatem addiscerent, aditum unquam aperui. Pluribus objecti criminis suspicionem a se amoturum Apollo litem compositurus ita interpellavit.

Nihil ego de *futuris*, Massardo revelavi unquam: ex obscuris Nostradami, alteriusve cujuspiam commentis si quid prophetæ ritu pronunciarit, ipso, vereor, rei eventu pateret aliquando, quam male signa mali, seu *diagnostica*, seu *prognostica* medicus licet non indoctus intelligat: quo enim indicio futuram post triennium *Reformatorum* in Anglia cædem conjiciat? quam præsertim *Catholici* numero, opibus, viribusque adeo impares ipsis inferant: cum igitur nihil mortales, quoties nullus eos Spiritus Cœlitus afflavit, certo de futuris rescire queant, nihil prædicant, quod

aliquan

aliquam veri ſpeciem præ ſe non ferat, ne aut levioris cerebelli, aut eventu ipſo pſeudoprophetæ reputentur.

Quod autem ad Chariſſimum mihi, & omnibus Parnaſſi incolis *furieum* ſpectat, non ita de prædictis, veterum prophetarum exemplo, intelligendus eſt, quaſi cœlitus, aut me inſpirante, locutus fuerit: neque enim, puto, negarit fieri poſſe ut prænunciatis eventus non congruat: ſed hoc eum tantùm ſenſu accipi ab omnibus velim, quod conjecturam ex quibuſdam deductam ſignis, non veram Prophetiam evulgarit: utrumque tamen amicè, ſerioque monitum volo, ut, quoties deinceps quidpiam prædicent, rei prædictæ eventum remotius ad tempus prudenter remittant; ni tamen, quà ſuperre, Apollo licet, nihil al-

terutram in partem pronuncia-rim, veros ô Prophetas, et verè crediderint.

SECTIO XXVI.

Thanatophili *de Medicis quibusdam querimonia; Antiscorbutica Imocrobe ex auro tinctura; Cardiaca ejusdem ex Margaritis solutis aquâ; pulvisque antiscorbuticus.*

VIx hæc Apollo: cum *Thanatophilus* qui ex funeribus, *Luculento* ipso luculentiùs vivebat, pullâ pro more indutus veste, eousque in montem intrusit sese, ut ab Apolline, musisque assidentibus audiri posset. Gravius, ô Phœbe, dixit, furto Academico peccatum non pauci hîc artis tuæ inprimis periti admittunt, qui surreptis, te connivente, ex hoc monte graviores adversus morbos remediis victum *mihi* meum in dies subtrahunt:

quòti-

quotidianis enim ego funeribus, morteque mortalium multiplici vivebam lautè, splendidèque, atque aliorum e lacrymis quos frequentior amicorum, affiniumque mors eliciebat, risûs ego materiam, pecuniam colligebam, qui vacuam jam heu crumenam gesto, quod homines assiduo novorum hoc sæculo remediorum usu, aut rarioribus corripiantur morbis, aut si qui quandoque gravius ægrotent, condimentis tuæ subtractis mensæ paucos intra dies refecti nostra, solito rarius, & voto, Cœmiteria invisant: quot enim eò mittere solebat septentrionalium plagarum pestis scorbutus? quot passio Iliaca? quot ventris tormina? quot partus difficilior? quot putridæ, ac malignæ febres? quot morbi *inveterati* necabant indies?

quot vitiatum ventriculi m
struum meæ ad tumulum u
curæ committebat; quos
omnes, qui curari se sinu
& a morte, & a morbo tu
solutum hactenus Amstelod
Imoreba unius arte ad *tincta*
aurum, sive *Acathartic*um
*Cathartic*um.

Æquâ omnino virtute
batum subigunt, & copiosi
vino albo dilutæ a calculo
lorem leniunt, dum ejusc
materiam extrudunt, nec
nùs adversus phtisim, & q
vis thoracis morbos valent
lutæ ab eodem ad gelatin
pœne Margaritæ: quodque
bi, Apollo, uni par mirac
non fuerit, *menstruo* utrobi
insipido, aut dulci: hoc aut
quia faciliùs repertu est, qu
inventu, artem conficie
hanc gelatinæ instar aqua
aut hanc ex soluto reipsâ

tincturam frustra quis assequi conetur: unde fiet ut quia sat magna semper pro consumptione quotidianâ hujus aquæ copia in promptu esse nequit, multi, cum ea non habetur, aliquo meo emolumento emoriturí sint.

Sed ex quo alio hinc mihi capite oriatur damnum, paucis tibi, si sinis, ô Apollo, commemorabo: aquæ *mercuriales*, pigmentaque *mercurialia* quibus faciem, manusque, mulieres, atque viri etiam eluere, ac pingere solebant, quam plurimis ascititiam dum pulchritudinem conciliabant, nativum colorem, ac calorem extinguebant, eradicatis fere semper dentibus, corrosisque gingivis, cerebro interim, mercurii inquieti perpetuo motu in vertiginem coacto; indeque *semper* epilepsiam, aut Apo-

plexiam

plexiam avidiùs a me exp
divitum præſertim mors
ſequebatur; at nunc ſolu
uno Imocrebâ, qui Sc
licet, Medicus Amſteloc
Anglicanus, quod diu Lo
ni artem exercuiſſet, jam
dit, ſoluti inquam, ab
Imocrebâ in aquam, aut
gelatinam, de quâ mox,
nionesnon juvenilem tan
vegetumque colorem etia
tate provectis conciliât,
rugas tantùm nondum
præpediunt, nec ortas ſo
exporrectâ paulatim cute
lunt, ſed & omnes
maculas, morboſque, i
perficie hærentes radicitu
vellunt, exteriùſque
adhibiti, atque interiùs h
quoad doſim temperame
rum ratione hauſti, quo
quaſi miraculo floridam in
ciem inventutem revo

Cum monuiſſet hîc Apollo ut dicendi tandem finem faceret, petitâ rurſus veniâ hæc ſubjunxit.

Neque hæc, ô Phœbe, ex auro tinctura, neque ex margaritis gelatinæ inſtar candidæ *aquæ* tantæ virtutis forent, niſi utramque ipſemet Imocreba pararet; debiliorem enim utramque pharmacopolæ, Empiricique, ſi hanc iis artem crederet, majoris lucri gratiâ haud dubiè conficerent; quod certè e re meâ magis foret, cum non tam certam indè ſalutem ſperare tum ægri poſſent.

De *Antiſcorbutico* ejuſdem *pulvere*, qui reditus meos multùm in dies imminuit non immeritò quoque Thanatophilus queror: cum enim prima interdentes digeſtio fiat, ſi quid obſtat, ut dentium, gingivarum corro-

philo ut e monte discedere
vestigo, Phœbus indixit:

SECTIO XXVII.

Argyrius apud Batavos medicus se ipsum Academici accusat: seru Medicorum in Hollandiâ ditio: qui sit ut tot præstanti Anglia medici sint.

INterea ne diutius loque
opportunitatem expec
cogeretur, Apollinis in a
ctum prodiit quidam *Arg*
nomine, Medicus professi
natione Batavus, qui fu
Academicum, nemine ac
sante, propalam se declara
Ne, tuum, dixit, ô Apollo
tribunal tanquam fur Ac
micus ab Imocrebâ, ali
quopiam vocer, fatentem
bes hîc reum: verbatim, en
fateor, quamvis neminen
lium in Hollandiâ Medic
ejusdem criminis insimu

meritò queam, præscripta tantùm ab aliis remedia præscribo, quâcumque ad ægros vice monitus eo, eademque fere ubique repeto, tantùm abest ut *Imocrebæ* exemplo præstantiora quædam parare ipsemet medicamenta aut velim, aut possim, quod Gregarii militis stipendio, collatum mihi præmium; quoties ægrum pedes, aut curru vectus inviso, non multùm impar sit: asses enim sex, aut duodecim sat amplum laboris mei pretium cives nostri putant, cum aliquot ego librarum millia Lugduni Batavorum, ut nobilem hanc, adeoque utriquè reipublicæ, & literariæ, & humanæ necessariam artem addiscerem, jampridem expenderim: cur vicinam Angliam cum fere æquè dives sit, hâc in re Hollandia non imitetur? ibi enim Medicis aurum

etiam

corum tribunali, non immeritò, si finis, accusabo: latini sermonis super elegantiâ, nitore, proprietate, ac nativo contextu totus hactenus Parnassus unum me consuluit, eoque nomine sublimem hanc hoc in monte sedem, nemine, quod hactenus invidiâ superior ipsâ fuissem, invidente, possideo: equâ jam scioli quidam, ni tu, ô Apollo, propitius obstes, deturbandum me suis apud Juniores Academicos calumniis putant: eò enim vesaniæ horum nonnulli qui mihi jam exciderunt, progressi sunt, ut latinè me semper loqui negarint, cum ii interim nec grammaticam latinam, Grammatici quamvis videri velint, penitus calleant, neç aliter de vero latinæ orationis contextu quam cæci de coloribus judicare queant: nihil igitur

igitur cauſſæ ſubeſt cur *famianus Strada* qui rerum Belgicarum hiſtoriam eleganter conſcripſit, miretur ſe à *Scioppio* ſi rectè memini, accuſari ibi, ubi de *infamiâ famianæ Stradæ* is conſultò agit: hac enim affictâ infamiâ non *famianus Strada* ſed Scioppius apud doctos omnes infamis audit.

Parum his commotus, Apollo, licet videretur, quod Ciceroni, aut imitatione Ciceronianis non magis metuendi *Critici* forent, quam canes rabidi lunæ, cui fruſtra lucenti oblatrant, ita tamen graviter ſuo more repoſuit.

Nihil eſt, Marce Tulli, quod ab ejuſcemodi tu tibi accuſatoribus timeas: ſuam enim tantum, dum te ut barbarum, tuive imitatores ut barbaros accuſant, non tuam, eorumve inſcitiam *produnt*: noſtri itaque Alumni

quicumque, qui Parnassum quovis Scriptionis genere, modò de Diis bene loquantur, illustrare queunt, non deterreantur ab exercendo calamo ineptis quorumdam criteriis, qui cum nihil ipsi famâ dignum in lucem edere possint, alienam carpendo famam nomen sibi conciliaturos se putant; sed contemni eos ab alumnis meis omnino velim, quod latrare quidem, at mordere nequeant, quamvis, ne sapientes sibi videantur, cum reipsâ stulti sint, eâdem severitate, quâ Varillasius nuper a Burneto exceptus est, & quâ *Legrandius*, ni fallor, excipietur aliquando ab eodem, aliove quopiam, excipi interdum debeant, ita enim fiet ut dum immerita Censorum tela in ipsos jacientes recidunt, idem ipsis accidat, quod quibusdam olim gen-

gentibûs quæ ſua in ſolem ſpicula ſtultè contorquebant: quamvis autem publicæ cenſuræ metus e Numinis mei cultoribus non paucos ita percellat, ut quantâvis cum laude poſſint, in lucem prodire non auſint, e meorum tamen re fuerit ut hi interdum non ſe oſtentent quidem, Gallorum plurimorum exemplo, ſed ut modeſtiæ ſimul, & ingenii ſpecimen reipsâ oſtendant: ſi quid enim arte limatum, induſtriâ elaboratum, ingenio perfectum publici juris fecerint, id, licet extra teli adverſi jactum eſſe nequeat, ab omni tamen ictu fore tutum, me authore, ſibi perſuadeant: dicentem hæc Apollinem interpoſita nubes aſtantium oculis aliquamdiu ſubſtraxit, ut nec videri ampliùs, nec audiri *poſſet.*

Sectio XXIX.

Varia Medicis Londinenſibus Apolline objicit Harvæus *remedia frequentius a medici dinenſibus uſurpentur: quæ q apud Londinenſes medicame numero adjici medicamenta ; quos maximè morbos* Method *det:*

POſteaquam ſubita lux ctam nubem diſſipaſſet væus artis medicæ ſcien pollini notus, non is q qui ſanguinis circulum p in Angliâ indicavit, ſec quipiam ejuſdem ingeni nominis haud illepidam ſuo de Regio Medic Londinenſium collegio d ad Apollinem querelam.

Non de his, ô Apollo hodie conqueror, quod t armamentario varios ad morbos arma ſurripuerint hanc præcipuè ob cauſſa

tuum ad tribunal ſiſto reos; quod pauca nimium ſuffurati fuerint, cum enim ut clariùs loquar, remediorum, quibus morbi debellari queant, definiri numerus nequeat, nec debeat, hi totam materiam medicam quinario tantùm abſolvi *empiricè*, quantumvis *methodicos* ſe clament, omnino volunt: ubi enim *Sirupum ex chalybe*, *diætam ex lacte*, *pulverem ex Cortice*, *bolum ex opio*, *potum ex medico fonte* nullo fructu præſcripſerunt, hæc eadem omnia menſibus alternis donec in ſe revolvatur annus nullo quoque fructu niſi ſuo conſtanter repetunt: unde licet furti ſtrictè academici quod aliorum rarò ſibi labores aſcribant, inſimulare eos nequam, gravioris cujuſdam reos culpæ oſtendo: neminem ſuorum, quamvis donum curandi *peculiaris* cujuſdam morbi coe-

litus ipſi conceſſum foret ;
uti volunt, ut omnes coll
turpis lucri gratiâ cujuſvis
rationis periti æquè, falſo
putentur : neminem ſibi qu
rumvis artis medicæ perit
gratis aggregant, & quem
ſi plenâ manu acceſſerit :
dicos alibi doctoris laureâ
ſignitos, ſi ipſis aſſociari vel
examinatoribus ipſis licet
gè ſæpe doctiores ter exa
nant, ut toties aurum ab
accipiant : quidquod, te Apo
ipſum, ſi poſſent, ab artis
pollineæ exercitio, ni illis
luto pretio annumerari vel
cohiberent. Citiùs proinde
nario medicamentorum nu
ro, de quo ſupra, omnia m
borum genera curarint, qu
non unicum hunc quo la
rant, ſordidæ avaritiæ m
bum. Cum incaleſceret hîc
cendo Harvæus, ne pluri

Medicorum nuditatem, Medicus præſertim ipſemet, exponeret, ubi ſeriò Apollo monuiſſet, hæc placido vultu ſubjunxit: fateor, equidem Harvæe, nec ſi velim diffiteri queam, pauca nimium adhiberi tam multos adverſus morbos a Londinenſibus meis remedia: his, per me licet, adjiciant, *Cardiacum Imocrebæ ex Margaritis menſtruo inſipido ad aquam inſtar Gelatinæ ſolutis*, *antiſcorbuticam ejuſdem ex auro tinctturam*, pulveremque *adverſus omnem orsi ſcorbutum*, adjiciant quoque non pauca, inventa a te ipſo, confectaque ægrorum in ſolamen medicamenta, ne quis eos neceſſariis ad mortem aliquòuſque ſaltem fugandam minùs inſtructos armis dicat: ſi autem Empiricorum more quibuſdam inhæ*reant* remediis quorum vim

multiplici experimento
pertam habent, id mi
damnarim, quod *Methodus*
tam inveratos morbos, q
acutos qui rarò diu dur
præcipue ſpectet. quid
profuerint ratiocinationes
ctæ de origine mali, progr
ſpecie, ſignis, effectu? cui
turæ ſunt, uſui, obſervati
in rerum ſitu non abſimil
pius factæ? quid prode
enumerata ſciolorum rit
tiam ad rem Hippocratis
axiomata? ſi interim nec
ria medico quibus morbun
dicitus evellat inſtrument
ſint. Quemvis potiùs Em
cum, quam inutilem ej
modi Medicum conſulat
velim:

Cæteras a te commem
tas Medicorum Londinen
conſuetudines non probo.
enim ars Apollinea in hu

generis ſalutem Jovis ipſius decreto inſtituta ſit, nec omnia æquè omnes poſſint, ſuo quiſque pro arbitrio, etiam *Collegæ*, alterius abſque invidiâ utatur curationis dono: Sed neque ferendam hâc in re eorum arrogantiam putem, quod doctiſſimos interdum Medicos quaſi ipſimet doctiores forent, ſi Collegis adjungi velint, ſuo nec gratis examini ſubjiciant: hoc, & ſi quid aliud ab iis præſcriptum turpe monopolium redolet, graviore cenſurâ notandum jure cenſeo: haud tamen ægre tulerim ſi ignaram merè mechanicorum tribum, puta ſartorum, ſutorum, fabrorum, atque *Aſtrologorum* etiam utpote minimè *judiciariorum* finibus procul proſcribant ſuis: hoc enim Empiricorum genus reipublicæ humanæ *infœlix* verè, infauſtumque ſem-

per fuit. Plumbus Medicos Londinenſes, niſi hiſce monitis reſipiſcerent, cum aliâ ſe vice caſtigaturum Apollo dixiſſet, Harvæo innuit, ut Londinum ægrorum in auxilium non lenè feſtinaret.

SECTIO XXX.

Hobbius ſocietatem regiam Londinen ſem, omnemque ejuſmodi aliibi in ſtitutionem rejicit: non ſemper reipſ ingenioſi, aut docti harum ſocieta tum ſocii: inutilitas ſocietatis Lon dinenſis hactenus.

QUi hactenus omnia ultro citroque dicta tacitus au dierat magni in Parnaſſo nomi nis Hobbius, Harvæi exemplo qui *regium Collegium* monopoli accuſarat, in *Regiam* ipſe *ſocie tatem* hunc in modum dixit:

Miror equidem, ô Apollo tuo enim permiſſu menten lubens eloquar, cur hanc

eos Synodum convocâris, qui alienas, fures tantùm Academici, lucubrationes furripiunt, cum *regia societas* non aliorum tantùm labores interdum, sed & ipsum etiam quicquid est ubique ingenii vindicare sibi velle videatur, quod neminem qui huic, alitve cuipiam per Europam haud absimili nomen non dederit, Ingeniosis alicujus notæ annumerandum socii insinuent: ridiculo enim encomio laudatur quispiam non rarò in Angliâ, quod scilicet *regiæ societatis socius sit*, cum tamen idem ille si propiùs inspiciatur, amentibus potiùs, sensuque communi privatis associari sæpe meretur: hunc enim hodie titulum eo tantùm consilio multi ambiunt, ut aliquam lucubrationibus suis authoritatem concilient, quod *hominum* plerosque cæco præ-

judicio agi, non judicio liberè uti ſuo probè norint. Cum regiam Londinenſem, cujus unicum Boylius fulcrum eſt, quaſi quoddam ingenii, & doctrinæ monopolium condemno, omnem quoque ejuſmodi inſtitutionem per Europam utpote reipublicæ literariæ admodùm noxiam jure merito rejicio. Cum enim in unoquoque regno haſce *ſocietates* pauci tantùm, iique ſæpe non ex ſubtilioribus conflent, cæterorum omnium ad ſcientiam comparandam clangueſcat ardor, neceſſe eſt; quod apud ignaram plebem, quoſcumque fecerint progreſſus, quia nulli *regiæ ſocietati* adjuncti, immeritò prorſus minùs celebres futuri ſint. Dura, quidem, ô Apollo, ſervitus corporis, ſed durior *multò* animi, ingeniique: ſi enim quis novi quid inveneris,

niſi *ſocietatis regiæ* ſociis illius copiam fecerit, exigui quid momenti in circulis eſſe dicent, quaſi non rei ipſius merito, ſed ipſorum opinione æſtimari quidvis debeat. Ut igitur ſine libertate proſpera nulla reſpublica, ita nulla Parnaſſi tui futura eſt fœlicitas, nullus ſplendor ſi paucorum hominum libidini omnium tuorum lucubrationes obnoxiæ fuerint. Sed alio quoque ex capite hujuſcemodi vanitatis conventicula ſemper deſpexi, quod ad oſtentationem tantùm convenire ſocii videantur, non ad veritatem indagandam: quid enim emolumenti reſpublica hinc tua hactenus traxit? id ſanè incommodi inde ſentit indies ut, quemadmodum ſuperiùs inſinuavi, ſegniùs, timidiùſque jam ſcribant tui: eam *enim* tumidi hi magiſtri, alii-

que inferioris notæ per Europam cenſores innumeri quidvis probandi, reprobandive licentiam ſibi arrogarunt, quæ multos a ſcribendo deterreat, licet liberioris ingenii homines contemptu eam, riſuque excepturi ſint.

Tuam, Hobbi, excepit hic Apollo, ſuper his ad meram oſtentationem conventiculis, ſententiam omnino probo: neque enim, ut de mercium, ita de ingenii commercio ſtatuendum eſt: varias ſe mercatores in claſſes per me licet, more ſuo diſtribuant, nullam ejuſpemodi diſtinctionem, perſonarumve acceptionem Apollineos inter meos eſſe volo, cum nulla niſi injuſta eſſe poſſit: ſæpe enim privatus quiſpiam ſcriptis ſuis rempublicam meam magis illuſtravit, quam aut ſocietas regia Londini, aut

aut Academia ſcientiarum *Lutetiæ Pariſiorum*: quis igitur jure, minùs de eo honorificè loquatur, ſcribatve quod alterutri ſe non addixerit. Fateor tamen a Regiâ ſocietate Londinenſi non exiguum conciliari poſſe Parnaſſo ſplendorem ſi ex Boylïs, Hookïſve tantùm conſtaret: ſed ubi unus ibi ejuſcemodi eminet Gigas, in quot ibidem impinges Nanos.

SECTIO XXXI.

Craſſetus Boſſuetum ut minùs fidum rerum Romanarum expoſitorem redarguit; minimam Craſſeti ſynceritatem ut civitati Romanæ noxiam Boſſuetus reprehendit: litem prolatâ ſententiâ Apollo dirimit.

CRaſſetus mox pileo triangulari capiti urbanè detracto prorogaturum aliquot *ad horas* ſynodum hâc de Boſ-

facto querelâ Apollinem detinuit : qui aliena, ô Apollo, recondunt bona, eos non minùs furibus annumerandos putem, quam qui eadem invito domino clam furripiunt : atque hujus omnino reum criminis *Boſſuetum* Gallia jam omnis novit, & haud ita pridem Anglia, ut nemo neſcit, luce clariùs meridianâ demonſtravit : præcipuam enim is Romanorum ſuppellectilem, reliquias, puta, *oſſa*, *oſſicula*, *dentes*, *brachia*, *crura*, *veſtimenta*, *crucis fruſta*, *agnos Dei*, *imagines ſanctorum*, *numiſmata*, *&c.* quarum ego rerum, aliique non pauci miram oſtendimus virtutem, aut reipsâ ſuppreſſit, aut velle ſupprimere non immeritò creditur : Romanam ego, ut clariùs loquar, doctrinam, ritus, cultum, juxta *ipſamet* ſenatûs, populique

Romani

Romani nota omnibus decreta, Romanus licet, & quidem è grege *Tricorni* ſummâ fide expoſueram, quibus ille omnibus aliam omnino faciem indidit, ut civem jam verè Romanum ex Boſſueti deſcriptione agnoſcere nemo poſſit. Romam ego nativis depinxeram coloribus quod diſparem atræ, quam gero, togæ mentem nactus ſim, cui is formam, fateor, dedit, ſed verâ, ajunt multi, longe formoſiorem dum obvias ubique, ita enim Angli loquuntur, ejuſdem ſordes arte ſuâ eluit: at deformem ego Romam juxta Reformatos ſi exhibuerim periti pictoris ſecutus ſum exemplum, qui nec rotundo, aſperove figuram plani, nec recti formam curvo unquam tribuit, ſed res prout reipsâ ſunt, non prout, eas ipſe *eſſe vellet*, pingere ſemper ſolet.

contra

contra omnino Boſſuetus, magni quamvis hoc in monte nominis, ſeſe geſſit, *Romamque* non qualis revera eſt, ſed qualem ipſe eam cuperet in primâ ſatirâ, teſte Walkio, quam expoſuit, ipſius tabulâ (*) exhibuit. Diutius hominis candorem cum egregiis diſſimulandi artifex Boſſuetus æquo ferre animo nequiret, paucis in *Craſſetum*, alioſque ejuſdem farinæ homines, invectus eſt. Tibi, Craſſete, aliiſque tuæ indolis Roma debet, quod deformis inſtar monſtri ſuo adeo terreat oculatos aſpectu, ut eam niſi horreſcens intueri jam nemo poſſit: quis proinde Sibyllam Romanam ut oraculorum interpretem deinceps conſulat? quam tu

Ut monſtrum, deforme, ingens cui lumen ademptum,

Et utrumque quidem, tam inu-

tili,

tili, & tam noxio etiam labore pinxiſti. Apollinis itaque cujus coram tribunali hîc ſtamus, appello fidem uter noſtrûm potiùs puniri mereatur, an ego qui matris meæ tegere turpitudinem conatus ſum, an verò tu qui eamdem, licet nec primus, nec ſolus haud ita pridem, nec paucis detexiſti: hanc lubens opportunitatem finiendæ litis Apollo ſtatim amplexus pronunciatâ hâc in Boſſuetum ſententiâ Craſſeto palmam adjudicavit.

Meretrix, inquit, *Magna*, ut apud *Reformatos* audit, ſi verè Roma ſit, Craſſetum laudo quod illius deformitatem, defluentiaque ſuperfluâ tabe ulcera ſpectantium oculis objecerit, ut Cultores mei quos non caſtigatè tantùm ſcribere, ſed & caſtè quoque vivere omnino velim, ab omni cum eâ

eâ commercio ſemper abhorreant. Tuam proinde Boſſuete artem probare nullatenus queo cum hujus ope *meretricis magnæ* fœditatem, nævos, maculas, rugas, cariem, ulceraque tegere velle videaris, eoque conſilio ut *Reformati* picti ate vultûs illecebris capti faciliùs illaqueentur.

Sectio XXXII.

Legrandius *variorum criminum, ac furti præſertim Academici accuſatur a Joanne a Lacrosâ: ab Apolline condemnatur: cujûs juſſu non jam* Legrandius *ſed* Minurius Infœlix *deinceps appellabitur.*

MAgni nominis umbra *Legrandius* qui in montem e quo fuerat ejectus, audaciâ gallicâ rurſus ſeſe intruſerat, cum *Hugonotos* annumerari *Reformatis* ægrè ferret, hanc ipſam in appellationem frigidè more

more ſuo multa dicturus erat niſi hominis temeritatem gravi hâc oratione Apollo caſtigaſſet. Quò tu, Legrandi, progreſſus es impudentiæ, ut huc uſque rurſus, nemine revocante, aſcendere auſus fueris, cum præſertim furem te eſſe Academicum neſcire jam non poſſis? atque ut hujus te reum criminis alii quoque omnes ſciant, *Joannes a Lacroſâ* audientibus muſis modum, materiamque furti juſſu meo protinus exponat: is igitur ut mandatis pareret, elatâ voce, ne quis minùs audiret, hanc ad Apollinem, Apollineoſque de re tota orationem habuit:

Si variorum, quæ huc non ſpectant criminum, quod de furtis hîc tantùm inquiratur, *Legrandium*, accuſare vellem dicentem dies deficeret, tædioque omnibus rerum dicendarum

darum multitudine haud dubiè forem.

Primùm enim non ferendam hominis ſuperbiam vobis exhiberem, quod hujuſce montis decus Burnetum eo tantum conſilio impetierit, ut non nomine tantùm tenus magnus a ſuis habeatur. Deinde hominis non imprudentiam, tantùm ſed & dignam ſupplicio impudentiam caſtigarem, ut qui auguſtiſſimam, ac ſapientiſſimam totius orbis terrarum Synodum *Parlamentum Anglicanum*, ſeditioſi nomine idcirco denigrarit, quod conſcriptam *Reformationis* a Burneto Hiſtoriam ſollemniter probarit; tum vaniſſimum caput publico objicerem ludibrio ſi divulgarem, quam ineptè ipſe divulgarit nominis ſui famâ futurum ut Burneti Hiſtoria rurſus, & *frequentiùs* legeretur; denique

que indigna quovis hujus montis alumno in Burnetum, meque ipsum convicia, minasque, quod rationes defuerint, si per otium vestrum, meumque liceret, pluribus commemorarem: missa itaque hæc omnia brevitatis studio faciò; neque quidquam dicam quod levioris ea momenti sint, de peccatis Gallicum in idioma inter narrandum ab ipso commissis, deque ipsâ totius narrationis frigiditate, hiatu, languore, ariditate: neque enim uspiam vel mica salis reperitur: quamvis eo scribat consilio ut in haud *tenui mensâ* aliud quam *paternum* aliquando splendeat *salinum*. Ad rem itaque, his quæ obiter tantùm attigi, prætermissis, venio, modumque, ac materiam furti unius veri habitâ ratione ingenuè declaro.

Cum

Cum Burnetus Anglorum omnium ac totius propemodum Europæ applauſu Eccleſiæ Anglicanæ quà reformatæ Hiſtoriam concinnaſſet, cives Romani qui immortali eum odio proſecuti ſemper fuerant, diu multumque in Angliâ primùm, Scotiâque inquiſierunt, quis forte amplæ mercedis ſpe manifeſtam apud Burnetum veritatem confutandam ſuſcipere auderet: cum Anglos inter, Scotoſque nemo votis reſponderet, ad Galliam demum confugerunt, ubi *Legrandium* pinguis Abbatiæ in operæ prœmium pretiumque illecebris, ad ſtringendum in Burnetum calamum pellexerunt: quo tamen Romanorum quorumdam ſtupore ſtupiditatem etiam homini eo nomine objicientium ad tranſcribendam fere tantum *quibuſdam* male immutatis

Bur-

Burneti hiſtoriam uſum hîc omnes ſcimus: quamvis ne hoc ipſum quis animadvertat, conviciis in Burnetum aliò lectoris animum avertere velle videatur: ſed ut de hac hominis aſtutiâ nihil dicam, gravius hoc, o Apollo, quod referebam, quovis furto Academico crimen quis æquus rerum æſtimator negarit, cum latrocinii Academici, & inauditum hactenus genus quoddam dici poſſit, ac reipsâ debeat:

Commotus his, Apollo, nec immeritò, hanc in *Legrandium* quem audire noluit, ſententiam tulit.

Quamvis, te, *Legrandi*, in tui ipſius defenſionem perorare hîc nolim, non idcirco indictâ cauſsâ condemnaris: quæ enim per otium, licet tam frigidè, a te ſcripta ſunt, ſi innocentiam probare tuam nequeant,

neque, quæ nunc diceres, resipſa contra te loquatur, apud me aliquam obtine priùs tamen quam hoc monte ſecundâ jam vice ſcribam, monitum te ſeri lim, ne nomine quiden *magnum* hoc eſt *Legran* deinceps appellandum: cu nim meras ubique, atque infœliciter proſecutus ſis nutias: non *Legrandius*, *Minutius infœlix*, me ita ſtat te, jmpoſterùm audies: quoc tem non victoriæ ſpe, ſed minis tantùm ſtudio in *B tum* ſcripſeris, e parnaſſo te reſque tibi ſciolos in perpeti proſcribo: hæc ubi Apollo enſibus, quibus non adeo tè utuntur, ſed ſtrictis lamis uno omnes Parnaſſi colæ impetu in *Legrandium* *Minutium* nunc *infœlicem* ir runt, variiſque confoſſum

bus, ac ſanguinolenta eve
mentem adverſos in *Apollinea*
convicia ſimul omnes e monte
detruſerunt.

SECTIO XXXIII.

Dempſterus Hibernos furti accuſat:
Scotum doctorem ſubtilem uni Sco-
tiæ vindicat: Oxonienſes manet ut
latinè expeditiùs loqui diſcant: A-
pollinis de Scoti Patria judicium:

VEnerat ſub hoc tempus in
Parnaſſum non ignotus
arnaſſi Incolis Dempſterus
itriaScotus,eo conſilio ut Hi-
rnos, in quos ſeveriùs æquo
ondam ſcripſerat, tanquam
es, & quidem pluſquam A-
emicos accuſaret: hi enim,
pollo, dixit ſubiratus, &
inem Dunſium patriâ ut
ɔpa omnis novit, jamque
ne etiam *Scotum*, & Joannis
ii ſcripta uno, eodemque
, aut veriùs aperto latro-

cinio ſurripere nobis voluerunt. quis enim neſciat in oppido *Duns* non procul ab Angliæ finibus ſito natum eſſe *Dunſium* qui exteris nationibus *Scoti* appellatione a Scotiâ ubique jam innotuit: cum nihil hîc dicam, quod a quoquam niſi ab Hibernis, qui plura negare poſſunt, quam ego probare queam, negari meritò debeat, pluribus te, Apollo, hâc ſuper re non morabor: unicum tamen, ſi finis, addam, quo aſſeratur nobis *Scotus*, argumentum: quod ſcilicet *Doctor ſubtilis* reipsâ ſit, & ubique habeatur: quis ergo Hibernis eum deinceps, o Apollo, annumerare auſit? quamvis horum quoque nonnulli quamdiu inter diſputandum non incaleſcunt, de lanâ caprinâ, nugiſque Peripatericis ſat ſubtiliter aliquando diſputent.

Inter-

Interrupit hîc dicentem ſed Anglico ſermone ſocius quidam Oxonienſis quod Latinè, pro Academico ſat expeditè loqui non poſſet, ut ſubſtractum Scotiæ, Hiberniæque *Scotum*, Angliæ ſcilicet ſuæ vel idcirco vindicaret, quod *Oxonii* aliquando docuiſſet. Quid tum, ſcintillantibus, præ irâ oculis Dempſterus repoſuit? & ego in Italiâ quoque in luce civitatis cujuſpiam quondam docui: an propterea Italus ego? an hæc apud *Oxonienſes* tuos logica obtinet? quidquod Anglicano hîc tu Idiomate uteris quaſi Anglus omnis niſi latinè mentem exprimat, Parnaſſi Incolis Barbarus non ſit, & videatur: Academiam itaque Oxonienſem amicè monitam velim, ut alumnos ſuos non latinè tantùm intelligere, ſed & loqui deinceps doceat-

 nihil

nihil ad rem iſta; *Oxonienſis*, eò enim uſquè latinè poterat, cum iracundè reſpondiſſet, ne mutuo tandem verborum conflictu ad verbera uſque gradus fieret, Apollo, pro authoritate cohibuit: interea propoſitâ ſuper controverſiâ ab Oxonienſi ſocio rogatus ſententiam Apollo, a Dempſtero ſtare ſe, quod apertæ veritati contradicere non poſſet, hunc in modum declaravit:

Cum Hibernia quondam Scotia dicta fuerit, nil mirum eâdem utriuſque regni appellatione factum eſſe ut Hiberni, qui non nimium lyncei ſunt, non animadverterint *Scotum* in Scotiâ boreali magnæ Britanniæ parte, non in Hibernia ſolitariâ inſulâ eſſe natum: at ne rationis quidem umbra ſubeſt, ut luce clariùs Dempſterus demonſtravit,

ſtravit, cur eum ſibi Angli vindicent: quocirca ſubtilium feraciorem ingeniorum, quam opum Scotia *Doctore ſuo ſubtili Scoto* deinceps una gaudeat: quo quidem facilè ditior Anglia carebit, cum opibus tantum non ingenio, nec ingenioſis Scotiâ ſe ſuperiorem velit. Quod autem ad Hibernos attinet, vel hanc ob cauſſam *Scotum*, ſibi nunquam deinceps arrogent, quod tam Cœleſte ingenium Hiberniço in ſolo natum nemo crediderit.

SECTIO XXXIV.

Floydum *Anglum accuſat coram Apolline Makenzius: hunc defendendum ſuſcipit* Stillingfleetus. *Apollinis ſententia: ſcriptoris cujuſdam temeritas:*

DElicias Parnaſſi Makenzius propitium Scotis *Apollinem* cum non ex hâc tantùm

tùm ſententiâ jampridem probè noſſet, Floydum Anglum licet non eâ quâ Edinburgi cauſſas agit, eloquentiâ, graviſſimi criminis hunc in modum accuſavit:

Eos furibus, ô Apollo, Academicis ſi hodie omnes annumeramus, qui tuis in Academiis enutriti non ſua invito domino quocumque invadunt, quanti hunc ſceleris reum putemus? qui invito ſupremo etiam domino Rege ſcilicet regiam Scotorum genealogiam ſurripere nobis voluit, aut quod perinde eſt, pro aſſumptâ ſibi authoritate ſupprimendam ſuſcepit: regiæ enim apud Scotos ſtirpis antiquitatem hiſtotiarum monumentis probatam, vererum Manuſcriptorum fide certam, repetitis poetarum teſtimoniis celebratam fabulis ille meris aſcripſit, dum Jacobum

ſepti-

ſeptimum, quem undecimum nos ſupra milleſimum centeſimum numeramus Scotiæ Regem, vix, ſi rite memini, quinquageſimum numeravit: quod inſigne prorſus læſæ majeſtatis crimen eſt. Vexatus hiſce in *Floydum*, ut interpretabatur, injuriis primæ licet in Parnaſſo notæ *Stillingfluetus* majore tamen hâc vice ingenii quam judicii oſtentatione incerta plurima in Floydi defenſionem (*) & Caſtigatiùs, quam ſolidiùs dixit, pluraque dicturum Apollo mox interpellavit, ut eo ſuper negotio ſuam ipſemet mentem aperiret.

(*) In præfatione ad Origines Britannicas.

Tu itaque, Floyde, dixit, quamvis quæ ſcipſeris, veritatis aliquam præ ſe ſpeciem ferant, vel ideo mereris hîc a me caſtigari, quod inutili huc uſque *antiquitatis* inveſtigatione a-

vitam regiæ apud Scotos familiæ gloriam imminuere vel le viſus ſis, dum tot ei reges contra publicam hactenus fidem ſubtrahis. Quod verò ad te, Makenzi, ſpectat, non propterea læſam ei majeſtatem exprobrare debueras, cum, ut gentis tuæ peccata hîc non dissimulem, numeratos ab Hiſtoriographis, Scotiæ reges, eo tantùm ſenſu exterminarit, quod natos eſſe nolit, cum Scotia etiam natos eorum quam plurimos, ut probè noſti, immaniter trucidarit, ut Angliæ poſtea tantæ immanitatis exemplo heu non fruſtra præluxerit. Ubi hîc Apollo aliquamdiu conticuiſſet: author Epiſtolarum de *temporis hujuſce geſtis* detractam ab *Anonymo* (*) nymphæ Anglicanæ pulchritudinem ſuggeſſit: quaſi Apologia hujus Anglicana, quam

(*) Eccleſius.

Bur-

Burneto tribuunt, majeſtate Gallicam ſuperaret. At Anonymi hujus defenſionem, annuente Apolline, Imocreba ſuſcepit: ſi Gallica, inquit, de quâ nunc, Apologia Anglicanam non æquet, id nec interpretis imperitiæ, cum linguam utramque calleat, nec incuriæ quod Burneti quoſvis fœtûs meritò magni faciat, ſed linguæ Gallicæ, quæ Anglicani Idiomatis majeſtatem aſſequi nequit, genio tribuendum, ut ii omnes ſciunt qui linguæ utriuſque diſcrimen norunt: quod *Epiſtolarum gallicarum de rebus hoc tempore tranſactis* ſcriptor cum, ut ſat intelligo, penitus ignoret, conjunctam inſcitiæ temeritatem judicando de coloribus Cæcus prodidit.

SECTIO XXXV.

Socii Sorbonici furti Academici ſati : Romana tranſmutatio & quid : Joannis Chryſoſto Cæſarium Monachum epiſtola nuper publici juris facta : a Editiis anuumerata : quam ſit reipublicæ literariæ Romanæ mutatio.

EPiſtolarum hîc ment mocrebam impulit, t cios quoſdam ſorbonicos Academici coram Apollin euſaret, quod Joannis Ch ſtomi ad Cæſarium Monac epiſtolam non fruſtra ſup fiſſent.

Etiam tua, dixit, ô A *Sorbona*, quam tanti facis res Academicos malo exer nullo fructu, magnoqu dedecore aluit : *Cum enin quidam tui, id eſt ſorbonicæ, l*

(*) Tranſlub. *nam tranſmutationem* (*) *Ov quâvis magis miram cuidam ſoſtomi epiſtolæ* conciliari no

animadverterent : interrupit hîc dicentem Apollo, juſſitque priuſquam quid vellet, abſolveret, ut quorumdam ibi, quibus minùs nota res erat, gratiâ, quid hæc *tranſmutatio* foret, paucis exponeret : ita tum Imocreba: Romani olim ſacerdotes, ut ſat noſti, ô Apollo, primis reipublicæ Romanæ temporibus nulla patrarunt unquam miracula, quamvis non pauci eos inter magiæ periti forent: at qui Romanas nunc ad aras incruentam, ut loquuntur, non ſanguinolentam ut olim, immolant in dies victimam, & magorum omnium a prima mundi origine huc uſque miracula, patrato quotidie a ſe miraculo, & ipſa poetarum figmenta, fabulaſque unico hoc, quod mox referam, commento, longè ſuperarunt: *neque* enim Ovidii tui, ô Apollo.

pollo, exemplo homines in ſaxa, aves, floreſque operoſiùs convertunt, ſed facili verborum quorumdam pronunciatione panem in *Corpus*, etiam, ut ipſi putant, divinum, vinumque in ſanguinem pluſquam, ut credunt, humanum tranſmutant, quamvis eadem rerum harum ce, quas tranſmutatas dicunt, facies ſemper remaneat: excepit hîc rurſus Apollo, monuitque ut, cum rem ſatis enucleaſſet, inchoatam ſuperiùs narrationem abſolveret: *cum igitur*, reſumpſit Imocreba, *ſocii tui, id eſt, Sorbonici, Romanam tranſmutationem Ovidianâ quâvis miram magis cuipiam Joannis Chryſoſtomi Epiſtolæ conciliari non poſſe animadverterent*; hanc tenebris damnandam malo dolo cenſuerunt: nec inde in lucem forte prodiiſſet unquam, niſi conſcius fraudis Bigotius haud

ita

ita pridem digno prorſus ingenuo homine candore publici eam juris feciſſet. Apollo hîc diſciplicere ſibi plurimum dixit, & *Sorbonicorum* hâc in re fraudem, & *Peronii* conjunctam temeritati imprudentiam qui commemoratam mox epiſtolam, quod cauſſam aliter defendere ſuam non poſſet, inter fictitias ineptè recenſet. At nihil, ſubjunxit, magis mihi diſpicuerit, quam Romana iſta, de quâ tu mox, *Metamorphoſis*, vel hoc nomine, quod rempublicam literariam funditus evertat: hæc enim rerum notitiâ, certitudineque præcipuè cum floreat: actum prorſus de ipsâ fuerit; ſi ipſum omnis certitudinis fundamentum, ſenſuum ſcilicet, oculorumque præſertim teſtimonium, ſemel diruatur: ut reipsâ dirutum eſt a Romanis, dum panem, quem

tactu, visu, nutritioneque ipsâ panem probant, *carnem*, dum *vinum*, quod reipsâ de vite gustu omnes, ipsique etiam norunt, *sanguinem*, contra meridianam rationis humanæ lucem, contra constantem sensuum omnium experientiam audacter omnino dicunt: quid ergo, ni ipsi aberrarint, in rebus certi uspiam est? herois pluſquam humani ipsimet miracula, humanam naturam, labores, mortem, a mortuis resurrectionem, in cœlos ascensum commemorare, & verè quidem solent, sed probent jam si possint absque sensuum testimonio, cui stolidè renunciarunt. quæ cum ita sint, atque utinam non ita forent: quî mirum cuiquam videatur obscurâ ignorantiæ nube obumbrari jampridem hunc montem? cum hominum non pauci insa-

insanientis prorsus sapientiæ primum scientiæ principium sensuum scilicet non interruptum per tot huc usque sæcula testimonium stultè omnino repudiarint.

Sectio XXXVI.

Mercurii in Parnassum adventus: apparatum hic ubique bellicum, quo fiat, ut furibus academicis peiores succedant, paucis commemorat: principis Auriasi breve encomium: Apollinis in Cardinalem quemdam sententia:

VIx hæc ille: cum vicino ab æthere delapsus in ipsum montis jugum Mercurius Apollinis ante tribunal subitò constitit: quem Apollo quid læti secum afferret nuncii, quasi nesciret, audientibus musis cum rogasset, ita fere mox respondit. Sat nosti, ô Apollo, *rempublicam* literariam a furibus

omnium, ac latrociniorum etiam, quamdiu hoc bellum ſævierit, & ego, & *Dictator* Romanus (*) ex *certâ ſcientiâ noſtra* reum unà pronunciamus:

Papa.

SECTIO XXXVII.

Fratribus Funigeris *nullus conceditur in Parnaſſo locus: hos à furto Academico ipſa furandi neceſſitate* Guardianus *excuſat:* Abbates Pariſinos *ejuſdem criminis accuſat: Apollinis de his Judicium.*

SUb hoc tempus *funigeri fratres* non ut Grues literato, ſed longo ordine bini ac bini ad montis vallem uſque jam proceſſerant, cum quiſpiam e Parnaſſi Incolis, ut reliquos ad diligentem archivi Apollinei cuſtodiam excitaret, elatâ identidem voce, *fures*, *fures*, ingeminavit: omnis tamen rapinæ metus hâc vice evanuit, ubi fures hi *funigeri* montis circa vallem ſimul conſtitêrunt, quod

quod non eâ quâ divitum in Domos ſolent, in Parnaſſum quoque intrudere ſe audaciâ audêrent: e quo ſcilicet barbarie ſe ſuâ excluſos jampridem probè norant: ex his tamen quiſpiam, annuente Apolline, *Guardianus* officio, ac nomine montem conſcendit; qui ſuam & reliquorum mentem hunc fere in modum expoſuit:

Furari quidem, ego, fratreſque mei omnes grave quiddam eſſe, dignumque non levi pœnâ crimen novimus: cum tamen extremam neceſſitatem etiam furto depellere omnibus liceat, cur quæ nemini negatur, nobis quoque hæc licentia ſolitâ erga nos liberalitate non concedatur: mendicato enim, ut omnes norunt, pane cum vitam ſuſtentemus, niſi conciones, quibus

cum

eum nobis comparemus, ubique furemur, fame nos perire neceſſe erit; quod pecuniam niſi concionibus populo tum in urbibus, tum in oppidis, pagiſque præſertim impenamus, corradere ad neceſſaria non poſſimus: virtutibus igitur quia obſtat res angusta domi, quid mirum turpi nos neceſſitate ad turpia cogi: huc accedit quod, rara apud nos ingenia cum ſint, pauci quoque inter nos quamdiu concionatoris funguntur munere, non rapto vivant, ſi præſertim eandem cum Cœteris quotidie in templis canere noctu, diuque cantilenam, ut fit, coacti fuerint: tum enim e ſuggeſtu quæ pro concione dicturi ſunt, cum nec ſcribere per temporis anguſtias liceat, integra ab aliis mutuari ea omnino oportet. Levius proinde,

ô A-

ô Apollo crimen noſtrum reputetur, cum furandi neceſſitatem neceſſitas ipſa excuſet: at *Pariſini*, ut vocant, ſeu ſpe, ſeu re *Abbates*, tuo hodie coram tribunali, ut meritò a nobis accuſantur, ita jure a te condemnabuntur, quod licet nullis plerumque rei familiaris anguſtiis ad furta Academica adigantur, nullas tamen, aut raras admòdum ad populum habeant conciones, niſi aut preſenti pecuniâ coemptas, aut ex variis variorum ſcriptis malè conſutas, aut etiam liberaliter ab amicis doctioribus, ſeu gratis oblatas, ut ita pingue quodpiam beneficium conciliatâ ſibi concionatoris famâ quantumvis immeriti obtineant: unde fit, ut Regi, *Delacaſii*, aut alterius cujuſpiam ope imponant, cum *Populo Oratores*, non Ciceronis tamen inſtar, *viſi fuerint*: po-

pulo,

pulo, inquam, qui ipſ
meritum ex amicorum
ſultò laudantium teſtim
non ex rei ipſius merito,
Judicii, ſed unius impulſu
judicii ſtultè omnino
ſolet:

Atque ut id etiam de
hominum genere obiter d
nos fraterculos noſtros,
ſtiatim nobis victum m
cent, humiliter, quanti
vel inde ſuperbi, mitti
amicos illi, fautoreſque
tionis ſuæ, ante conci
omnes monent, ut eâ fin
obviis ſtatim omnibus
invitis ſæpe, ipſorum in
tiam laudes mendicent:
ita auræ popularis alis pe
minum ora volitantes, F
quem unum adorant, tande
noteſcunt: a quo cum p
pro votis ſacerdotio donat
rint, a laboribus tum om
beati quieſcunt.

Ne novos in momenta *fu-nigerorum* more orationi suæ *Guardianus*, aculeos adderet, suam ipse de re totâ mentem ita fere Apollo declaravit.

Tuam, *Guardiane*, præter tuorum morem, laudo modestiam, quod scilicet graviora quædam de *Abbatibus Parisinis* crimina non commemorâris: his enim castigatior licet sit oratio, quam vita, spes tamen aliqua supereſt vagam eorum libidinem ubi respiraverit sæpius, expiraturam aliquando extremam saltem, ut tardissimè, sub senectutem: at furandi apud eos consuetudinem nulla dies sustulerit, vel enim noverca iis natura nullo eos ingenii sale aspersit, vel frequentiore cum mulierculis commercio adeo contabescunt ut nullum studii laborem, subire amplius possint: unde quot-

quot eorum valent mer
alienam ad conciones, aut
tuantur, aut emunt ope
quod autem ad te, tuo
Guardiane, ſpectat, cum
dicato, ut dicebas, par
tam ſuſtentetis, mend
quoque, aut ſurreptis furto
cionibus, emunctæ omn
ris cum ſitis, rudi a ple
oppidis, pagiſque, mor
ctenus veſtro neceſſaria
per me licet, deinceps qu
emungite.

SECTIO XXXVII

Talonii *de* Dictatore Roman
rola ob imminutam Romæ lega
lia libertatem: litem tamen
dirimere ſe nolle ait, & cur:
Dictatorem Romanum odii
exponit: ſalubre Gallis co
dat Apollo:

TAlonius facundiâ g
Parnaſſo notiſſimus

minutâ gallicæ gentis libertate a (*) *Dictatore* Romano mox, (*) ubi Apollo desiisset, conqueri in hæc fere verba cœpit. Quamvis incongruum omnino, cum hîc in fures tantum Academicos inquiratur, majoris quædam momenti proponere, & abs re esse videatur, quia tamen levia adeo crimina plectis, futurum spero ut graviora impunita non dimittas, eoque presertim e genere quæ latrociniis etiam annumerari queunt: quo enim alio nomine libertatis nostræ in urbe Româ extinctionem interpretemur? peculiare promeritus fuerat, & novum Romæ privilegium *Ludovicus Magnus* quod *Dictatorem nunc Romanum*, ad eum gloriæ apicem in quo modò stat, promoverit. Qui tamen non modò nullum ei ingratus novum contulit, sed a-

vitum etiam, & antiquum singulari prorsus remunerationis methodo eidem adimendum censuit, cum intra præscriptos Gallicani Regis Romæ legato limites protegi deinceps neminem velit, immemor interim cum eo sibi rem esse, qui ut *parcere subjectis*, ita & *debellare superbos* hactenus potuit.

Cum quævis, Taloni, Apollo respondit, quovis prætextu, alieni usurpatio a meis præsertim Academicis ad furtum Academicum reduci queat, haud omnino invitus huic me negotio immiscebo: nihil tamen alterutram in partem definiendum a me putes, quod duorum in amicorum causâ nemo sanæ mentis Judex esse velit, ne alteruter ipso judicio inimicus fiat.

Ludovicum autem magnum utpote meorum insignem fautorem

rorem plurimùm amo, & *Dictatorem Romanum* vel idcirco diligo non parum, quod Germanos, Venetosque in invisos mihi barbaros constanter adeo impulerit; sed de ipsa rei æquitate nihil dicturus non inquiram quo jure *Dictator* Romanus *Domi*, hoc est Romæ, dominus esse solus, nullumque amplius *Urbis* intra mœnia sceleratis patêre asylum voluerit, neque etiam examinabo an meritò ægrè tulerit *Lavardinii* hostilem in modum in *Urbem* ingressum, aut militari ope *Hugonotorum* fictam conversionem: hæc omnia, & sexcenta alia missa faciam, ut quid vobis Galli in hoc rerum situ agendum sit, quantumvis Romani inde mihi succenseant, ingenuè aperiam:

Quamvis ob non irritos barbarorum in excidium conatus

carus mihi admodum
Pater Romanus, alio tam
capite ſummopere mihi
cet, quod reliquas in gen
latim Tyrannidem und
imperio propagarit; ne
Regibus deinceps aut pa
major etiam eſſe velit,
barbicarios rurſus limites
me licet, redigatur. Cun
lam primis ſectæ veſtræ
lis apud vos ullo ſenſu a
ritatem exercuerit, cur
o Simplices Galli, quoru
nimo verſus Italiam mot
mebant olim Romani
dotes, a *Romano* jam *Di*
ſinitis vos opprimi eò uſqu
in animas etiam veſtras
vaniſque ſcrupulis domin
neque enim omnino ine
meis quiſpiam ita Cecinit

Roma Caput mundi quicqu
poſſidet armis
Relligione tenet.

Id eſt cæco homines zelo decipit quaſi de propagandâ magis, quam de Congregandâ fide ſollicita foret, cæco inquam zelo, qui eò tantùm ſpectat ut ditiores inde ſtultorum liberalitate Romani fiant. Quæ cum ita ſint, author hodie ſum ut *Patriarcham* vobis ipſimet eligatis, qui *Druides* veſtros intercluſo quovis cum Româ commercio ſolus ſub *Ludovico magno* regat : ita enim fiet ut & priſtinam vos Libertatem recuperetis, & veriùs mei deinceps in Gallia ſcribant, cum Cenſuram Romanam, quæ ſimplices tantùm *vexat*, non formidarint :

